Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

~~148~~
171 G 80
SW 6297
CA 414

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Cato moraliſſimus cū ele gantiſſimo cōmento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Incipit liber de doctrina Catonis ampliatus per ſermones rhetoricos ⁊ morales. per fratrem Robertum de Euremodio monachum Clareuallis.

Generoſe indolis adoleſcentulo Petro de ſalutijs. Robertus de Euremodio monachus Clareuallis. Seipſum ad omne officium charitatis Tua poſtulauit ſupplicatio quam ſuſcipio pro mandato: vt qui me rhetoricis ſciolum aſſerebas tibi libellum cuderem .in quo poſſes dicte artis guſtare primitias. ⁊ in familiari colloquio ruditatis grammatice fugere barbariſmos. Ego ſane operepretium duxi tuis in hac parte non obaudire iuſſionibus ⁊ moralem librum viri doctiſſimi marci Catonis ſuſcepi pro themate⁊ ſuper ſingulis eiuſdem viri clariſſimis documentis. materiam proſaice dilataui verbis quidem ſimplicibus licet non penitus a regulis eloquentie inexpertis. in quo primitiarum lacte preguſtato. vſum faceti ſermonis animus iuuenilis paulatim induat. ⁊ hac nouitate concepta. ſuccedente tempore ⁊ ingenio dilatato. altiora huius artis in poſterum ſuſcipiat documenta.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

¶ In hoc Catonis viri moraliſſimi prologo decē
decalogi ꝓcepta ponūtur. ſeptē quoqꝫ ꝟtutes con
tra mortalia ſeptē perpulcre interſeruntur

pro qn̄ ego cato in animo conſiderarem
Q Um animaduerterem ꝙ̄ꝑlimos hoīes
i. deuiare ꝟtutū hominibꝫ errantibus
grauiť errare in via moꝝ. ſuccurrēdū ꝛ cōſulēdū
per precepta morum putaui ꝓpter hanc cauſam
eorum opinioni fore exiſtimaui. Maxime vt
homīes qꝛ hō eſt ꝑncipiū virtutis cōſequenter
glorioſe viuerent et honorem contingerent
carnalis ꝛ ſpūalis modo ꝛ ordine, qꝛ virtu
Nūc te fili chariſſime docebo. quo pacto mores a
tes q̄ ſunt in aīa diſponas colligas documēta morum tu fili
nimi tui componas. Igitur precepta mea ita le-
quia tēpus ꝑdere
gito vt ītelligas. Legē ei ꝛ nō ītelligē ē negligere.
et honora ipſum ex tota anima tua
Itaqꝫ deo ſupplica
carnales ꝛ ſpūales. honora eñi prēm ꝛ mrēm ꝛ eris lōgeuus ſup terrā
Parentes ama
cōſanguineos vel ꝓximos tuos chriſtianos qui in fide ſunt cognati
Cognatos cole   Datum ſerua
impedit oē foꝝ defect⁹ denarioꝝ. Cū ſcō ſcūs eris cū ꝑuerſis ꝑūteris
Foro te para   Cum bonis ambula
ſecretum tractatum
Ad conſilium ne acceſſeris anteꝗ̄ voceris
ſcꝫ a cōcupiſcētia mulieꝝ qꝛ ſcribitur. Beati mundo corde
Mundus eſto
hoc multiplicat amicos. in etate vel ſcientia locum da
Saluta libenter   Maiori cede   Minori ꝑce
ſcꝫ cum timore time   id eſt oēs res tibi ꝑtinentes.
Magiſtrum metue   Rem tuam cuſtodi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

verecũdia eſt laudabilis paſſio in iuuenibꝫ

Verecũdiam ſerua

ſerioſus eſto in oꝑe tuo

Diligẽtiã adhibe.

bonarum artium

Libꝛos lege

ſcripturas ames ⁊ vitia carnis vitabis.

Quos legeris memento.

tanq̄ꝫ pater ſuã pꝛolem

Familiam cura

affabilis mitis ⁊ benignus

Blandus eſto

id eſt ſine cauſa

Iraſci ab re noli

qui dixerit frĩ ſuo fatue re⁹ ẽ ignis gehẽne

Neminem irriſeris

id eſt cõcedite vobis inuicẽ

Mutuum da

qm̄ inhoneſtis non eſt dandum

Cui des videto

id ẽ bono ⁊ iuſto teſtionio.

Iudicio adeſto

qm̄ burſam euacuat ⁊ pauꝑtatẽ inducit

Conuiua raro

quod nature ſufficit

Quod ſatis eſt doꝛmi

iuramentum tuũ debes tenere

Iuſiurandum ſerua

vinũ tꝑate ſumptũ acuit ingeniũ

Vino te tempera

pulcꝝ eſt ꝓ republica moꝛi

Pugna ꝓ patria

id eſt ſtulte ⁊ ſine cauſa

Nil temere credideris

teipm̄ delibera ꝓ̇uſquaꝫ loquaris

Tu te conſule

.i. luxuriã. q̄ diligit ſcoꝛtũ ꝑdit ſubaꝫ

Meretricem fuge

Seneca. ociũ ſine lr̄is moꝛs ẽ

Litteras diſce

ꝑdes oẽs q̄ loquunt̄ mendaciũ

Nil mentiri debes

nam vt dcm̄ eſt cui des videto

Bonis benefacito

ita viuas ne maledicaris. maledicti ibunt in ignem eternum.

Maledictus ne eſto

id ẽ opinionẽ bone fame de te vel alijs tene

Exiſtimationem retine

id eſt da iuſtũ iudiciũ

Equum iudica.

qui maledixerit patri vel matri mala moꝛte moꝛietur.

Parentes patienter vince

maximũ viciũ ẽ ingratitudo hoc enĩ luciferꝝ in infernũ detruſit.

Beneficij accepti memoꝛ eſto.

.i. ad tribunal iudicis vt diſcas iuſticiã.

Ad pꝛetoꝛium ſtato

.i. ſapiẽs ad blãdũ cõſilium

Conſultus eſto

virtuoſe oĩa oꝑare

Vtere virtute

nõ occidat ſol ſuꝑ iracũdiã vr̃ãm

Iracundiam tempera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

feckea te ludo honeſto ... id eſt oēm ludum inhoneſtum

Trocho ludo ¶ **Aleas fuge**

maledictus q̄ cōfidit in fortitudīe diuitiarū ⁊ virium ſuarum

Nil ex arbitrio virium feceris

quanto maior es tanto humilies te in omnibus.

Minorem te ne contempſeris

id eſt nec rem cupias alienam.

Aliena concupiſcere noli

Apl's. viri diligite vxores veſtras ... id ē filios tuos fac doceri

Coniugem ama ¶ **Libros erudi**

ſuſtine penas legis quas tu conſtitueris.

Patere legem quam ipſe tuleris

ſapiens paucis innoteſcit v̄bis ſtultus totū ſpiritū ſuū profert

Pauca in conuiuio loquere

iuſticia ē p̄clariſſima oīm v̄tutū. itē nūq̄ꝫ vidi iuſtū derelictū ⁊c̄.

Illud ſtude agere quod iuſtum eſt

ſcꝫ erga deū ⁊ ꝓximū tuū. ī his duobꝫ mādatis pēdet tota lex ⁊ ꝓphē

Libenter amorem ferto

¶ Que dicta ſunt a Cathone breuiter proſaice. ampliore ſtilo ꝓſequitur eleganter metrice

¶ Pura mente deum tuum ama

ꝓ q̄n̄ ... .i. nr̄a ratio naturalis ... .i. ſcripture ſacre

Si deus ē anim⁹ vt nobis carmina dicunt

de⁹. i. a te. i. p̄ncipaliter ſup oīa ... honorandus amandus

Hic tibi precipue ſit pura mente colendus

¶ Naturalis ratio legalis inſtitutio ⁊ cōmunis conceptio aīorū. hoc habet diſcernit ⁊ p̄cipit. q̄ vnus credatur deus oīpotēs. diligatur cordialiter. ⁊ magne veneratōīs officijs adoretur. Qui quidem eſt tāq̄ꝫ clauus fixus ⁊ ſtabilis. circa quem omnia reuoluuntur. originale ſeminarium omnium entium omnium rerum primordiale principiuꝫ qui iuxta Salomonis eloquium omnia diſponit. in numero. pondere et menſura. comprehendens omnia ⁊ a nullo alio comprehenſus. Et vt verbis auguſtini. vti liceat deus eſt intra celum non incluſus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

extra celum non exclusus. ſupra celum non elatus ſubtus celum non depreſſus. Quia igitur ex eius gratuita liberalitate procedit ꝙ ſummus ꝙ viuimus. ꝙ mouemur ſine cuius manu tenentia tota natura rediret in nihilum. ſicut ex nihilo eſt creata. Hic igitur deus eſt tota cordis intentione penſandus. honorandus. ſacrificio ⁊ toto oris iubilo collaudandus. Hic tibi precipue ſit pura mente colendus

¶ Unde nouus Cato

Lingua paterna ſonat quod ei ſapientia donat
Hec audi fili mentiſqꝫ repone cubili
Prome dei cultum pronum tu dilige multum
Qua ſine cultura non eſt mens crimine pura

¶ De vigilia

id eſt magis ſemꝑ vigila id eſt dormitioni qđ plus eſt q̄ꝫ ſatis

Plus vigila ſemper. ne ſomno deditus eſto

id eſt longa dormitio quia ocia dant vicia dat

Nam diuturna quies vicijs alimēta miniſtrat

¶ Si negligentie torpor deſidioſe mentis hoſpicium inuaſerit. tunc pro ſcripta diligentia. ⁊ virtutum exercitu relegato. omnis viciorum turba ſuccedit In ſomnis multis ⁊ pigritie ingluuies ⁊ gaſtrimergia et omnes viciorum comites ſubſequuntur. Caueat igitur imprudēs adoleſcentia immoderatis ſomnis incumbere. ne virtutum moderatrix temperantia patiatur exilium. Si enim humane vite multum temporis ſpacium preberetur. nec confectum ſenio. nec caſſatum egritudine rebus tamen virtuoſis ſublimibus ac ſtudioſis exercitijs foret impendendum. ne deſidioſa pigricies ſomnis enutrita diurnis et nocturnis voluptatibus ſcꝫ augmentata. abortiuum virtutis pareret quippe. qꝛ honeſtatis aditum ſeperat atqꝫ capiſtrat. Nam diuturna quies vitijs alimenta miniſtrat ¶ Unde nouus Cato

Non teneas vane de ſomno ſurgere mane
Longa quies ſomni vitio fit fomes inani

¶ Linguam compeſce

principalem refrenare ſupple eſſe

Virtutem primam eſſe puto cōpeſcere linguam

dilectus ſcꝫ eſt id eſt vbi ⁊ qn̄ tacendum eſt

Proximus ille deo qui ſcit ratione tacere

¶ Quiſquis virtutis oſtium nititur introire. aut ſi quis eximijs moribus pollere conatur. lingue ventilabrū tota moderatione refrenet. Si quis em̄ proprio ſenſualitatis ductus impio. oris ianuā oportꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

ne ⁊ importune ad omne ꝟbum loquacitatis aꝑiat. moꝶ detractiõis
valuas aſſentõis aditus. ⁊ cõtumeliarũ iurgia ꝑparat ⁊ diſponit. Imi
tetur igit̃ ſapiẽs nature ſagacis ĩduſtriã. q̃ linguã in humano capite
triplici clauſura recludit labijs videlicet dentibꝫ ⁊ palato. ꝑ hoc inue/
niẽs ſapientẽ paucis cõtẽtari eloquijs. ſupefluere ꝟbo nõ carere vitio
nam hec vitialis peſtilẽtia. impetũ malicie nõ poterit cohibere. Pro
ximus ille deo qui ſcit ratione tacere. ¶ Unde nouus Cato

Si cupias pacem linguam compeſce loquacem
Et ratione ſile ſi ad conſilium petis ire

Notam contradictionis caueto

contemne. iam hoc iam illud volendo. ipſi
Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe
id eſt cum illo concordabit diſcordat
Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe

¶ Cum dictante rationis iudicio. ſententiam veritatis acceperis ſiue fuerit virtutis laudatoria. ſiue criminis inuectiua. ſi hanc ad aurẽ publice multitudinis te contigerit promulgaſſe. ſtabili fundamento veritatis ĩfixus ab hoc tramite nulla ꝯtrarietatis opinione diſcedas ne varietatis macula deturpatus. puerilitatis tibi crimen ingeras. dum affirmando ⁊ negando contraria ponis ineſſe. Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe ¶ Unde nouus Cato

Nulli ſe iungit ſua quem diſcordia pungit
Qui ſua diuulgat mea vel tua quomodo celat

Alioꝝ mores ⁊ vitam ne carpſeris

actus ⁊ operationes prauos
Si vitã inſpicias hoim ſi deniq̃ mores
arguis peccantes nullus hõ ſine peccato
Cum culpas alios nemo ſine crimine viuit

¶ Humane fragilitatis iudiciũ. has ignorãtie tenebras expꝑitur: vt proprij reatus ignarꝰ. ad alienaꝝ culpaꝝ iudicia ſe frequẽter transferat. eo magis cõfuſionis aſſecutꝰ iudiciũ. quo mordaci ſordidatus vitijs lingua alioꝝ crimia rephẽdit. Sicut nẽpe ille aromatibꝫ indiget qui redolentiã miniſtrare ſatagit. ſic illũ vitijs carere cõuenit q̃ alios facere nititur ꝟtuoſos. attẽto etiã ꝙ humane fragilitatis labilitate pẽſata ille tyrannizat in moribꝫ qui in mortalibꝫ filijs adam cacumina perfectionis morum inq̃rit cũ ſcriptũ ſit. Qui ſeruiunt deo non ſunt ſtabiles ⁊ ꝙ in angelis ſuis reperit prauitatem. Quis igitur niſi mẽtis inops maiora angelis in homibus ſtabiliuit. Cum culpas alios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

nemo ſine crimine viuit. ¶ Unde nouus Cato.
Tu qui cuncta notes qui luſtras regna bootes
Non reperire potes quos ſine labe notes.

¶ Relinquēde ſunt nociua licet chara ſint

que poterint nocere   dignitates vel officia
Que nocitura tenes. q̄uis ſint chara relinque
honeſtum vel bonum vtile exiſtens honoribꝫ vel bonis corpalibus.
Utilitas opibus preponi tempore debet

¶ Quotiens honores diuitie vel cuiuſlibet rei poſſeſſe peculium vir tutibus inuidet vel ſcandalum. penitus eſt ſine doloris amaritudine deſerendum. quia nimirum digniora vilibus ac maiora minoribus conuenit anteferri. nec eſt dubium ſapienti. ꝙ quicquid poſſeſſori detrimentum ingerit probroſe conquiritur. vtiliter deſeritur. ⁊ poſſidetur inique. Que nocitura tenes q̄uis ſint chara relinque

¶ Unde nouus Cato.
Omne quod eſt charum fore ſi tu credis amarum.
Proijce nec retine ne ſit tibi cauſa ruine

¶ Gaudete cū gaudētibus. ⁊ flete cū flentibus.

maturus ⁊ grauis ridiculoſus iocoſus vt negocium requirit
Conſtans ⁊ leuis vt res expoſtulat eſſo
id eſt vbi ⁊ quando oportet ſuos   reprehenſione
Temporibus mores ſapiēs ſine crimine mutat

¶ Si ſapientie fores nitaris ingredi. hanc prudentie regulam in humano conuictu non poſtponas: vt videlicet te ſic rebus accōmodes. ꝙ ſine leuitatis notamine. eundem ac variū te diuerſa cōſideratione preſentes. Interdum ſiquidem ſcd̄m factorū exigentiā expedit virilis animi conſtantiam exhibere. Interdum vero beniuola tranquillitate potiri. ¶ Sicut em̄ articuli manuū aliquando producuntur in longum. Interdum vero rotantur in orbem. ſeu replicantur in palmam idētitate manuū nō mutata. Sic itaqꝫ ſapiens cum prudētibꝫ philoſophū redolet. cum iocātibus laxatur in riſum. cum ſerioſis cōſulit. cum peregrinis loquitur aut ſalutat. Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat

¶ Unde nouus Cato
Leuis ſemper erit ſapiens ſi res ſua querit
At mores vertet ⁊ ſic ſine crimine certet.

¶ Uxori querulanti nō facile credas

ſine cauſa   tue   .i. mācipijs tuis   cōquerenti
Nil temere vxori de ſeruis crede querenti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

ꝑ qꝛ maritus ſuus illum ſeruum
Sepe etem̄ mulier quem coniunx diligit odit
¶ Penſata muliebris mutabilitatis natura. qua nunc in iſtum nunc in illū os ſuū ſtomachādo relaxet. Nō debet vir prudens vxoris ſue machinātis verbis fidē adhibere. Cū em̄ vt auctor eſt Maro Uarium ⁊ mutabile ſemꝑ ſit femina. facile fit vt effrenate lingue ſue procacitas iurgiorū venena euomat. dum falſe materiam contra quempiā concipiat. Quod ſi nō attente caueris. ſed tue honeſtatis. tuorumqꝫ mancipiorum emule moreꝫ geſſeris. iamiam tibi necdum mancipio tuo muliebri ritu vocibus blandis ſtruet ꝑiculum. duꝫ maxime ſola cogitat paleas manu colligit. terramqꝫ pede fodit. Sepe etem̄ mulier quem coniunx diligit odit ¶ Unde nouus Cato.
Nil temere credis vxoris ſepe querelis.
Namqꝫ deus nouit. vt quos tu diligis odit

De correctione fraterna

ꝑ qn̄ corripis peccantem peccans id eſt corripere
Cūqꝫ mones aliquem nec ſe velit ipſe monere
ille peccans ab incepta correptione
Si tibi ſit charus noli deſiſtere ceptis
¶ Quotiens aliquis in amicicia coniunctiſſimus laxatis intemperā tie frenis vectus equo laſciuie. per arua viciorum ſeu per agruꝫ lubrice voluptatis excurrit. tunc vacandum ſummoꝑe eſt vt crebris exhortationibus facundo ſermone mellita amici lingua neceſſariam adhibeat. medicinam. Si forſan ille vt aſſolet. corrigentis manum dolenter ſuſtineat. malens ſuis incumbere fetoribus qꝫ curationis remedium experiri. non ilico debet exhortationis lingua ſilere. ſed congeſtis rationibus morbi mollire duriciem. ⁊ donec tandem finem optatuꝫ percipiens. non reſileat ab inceptis. Si tibi ſit charus noli deſiſtere ceptis. ¶ Unde nouus Cato.
Cum moneas charum q̄uis tibi fiat amarum
Non tamen abſiſtes quin verba monendo miniſtres

De multiloqua contentione

loquaces litigare contumelioſis
Contra verboſos noli cōtendere verbis
a natura omnibꝫ qꝛ ſtultorum numerus eſt infinitus
Sermo datur cūctis animi ſapientia paucis
¶ Inter humane vite cōtagia nihil ſecurius. nulla maior moderatio rationis. qꝫ ſermones cohibere ſuꝑfluos. ⁊ cōtra loquaces q̄ inaniter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

garriunt temperantie moderantiam obſeruare. In hoc em̄ nos expe/
rientia naturalis edocet Nam ſicut ignis materialis cōbuſtibilium
appoſitione ſuccēditur. ⁊ eoꝝ ſucceſſiua depoſitione deficit ⁊ decreſcit
ſic lingue virus cōtumeliarum blaſphemijs. ⁊ iurgioꝝ dilatatum in/
iurijs nōnunq̄ in fornacem irrefrigerabilis ſucceſſionis aſcendit. et
dum verbū verbo quaſi clauus clauo retondi creditur augetur mor
bi pnicies. quia iuxta dictum poeticū. latet anguis in herbis. Cōtra
verboſos noli contendere verbis ¶ Unde nouus Cato
Uerboſos lites fili chariſſime vites.
Multi ſermonem retinent ſed non rationem

¶ Tibi proximus eſto

amicos vel filios pro charior tibi

Dilige ſic alios vt ſis tibi charus amicus

liberalis in dando non ribaldis ne tu patiaris defectum.

Sic bonus eſto bonis. ne te mala dāna ſequant̄

¶ Pollicie vite peritia hoc ſpeciale mandatum obſeruātia regula cō
mendat. ne quiſpiā inter homīes p̄poſteratos ordine charitatis. alie
na cōmoda proprijs neceſſitatibus anteponat. Si em̄ Salomone do
cente inſtruimur: vt videlicet propriorum fontium latices hauriamus
primitus. ⁊ poſtmodū ipſos in proximos dirigemus Sic ſibi nec̄
et inſipiens. omnibus videtur inutilis. Animuero proficientes mul
tis in proprijs neceſſitatibus negligentes. ſimiles facti ſunt inſipientib᷒
et ſue ſtoliditatis merito beſtijs comparantur Sic bonus eſto bonis
ne te mala damna ſequantur ¶ Unde nouus Cato.
Proſpice ſic alijs vt ſis tibi charus et ipſis
Sic bonus eſto charis ne tu mala damna ſequaris

¶ Ne ſis fame cupidus

vanos in diffamiam ſurgentes id eſt primus fictor vel inuentor.

Rumores fuge ne incipias nou᷒ auctor haberi

ideo iuuenalis ait. digito compeſce labellum

Nam nulli tacuiſſe nocet. nocet eſſe locutum

¶ Si fame preconium dignis relatibus adipiſci contendas inanes
rumuſculos hyſtrionum ⁊ narratorias immoderate ſcurrilitatis in/
eptijs totis viribus declinato. Poſtq̄ enim mentis humane thala/
mo hec voluptas inſederit nequiſſimi hoſpitis contagiata veneno.
letatur murmure detractione paſcitur. luxurie gratulatur ⁊ conuoca
to viciorum exercitu. virtutum collegium intercludit. Nam iuxta a/
poſtolum praua colloquia. mores corrumpunt egregios. que ſi lon/
ga obſeruatione conualuerint facili dimicatione non poterunt cohi/

beri. Rumores fuge ne incipias nouus auctor haberi.

¶ Unde nouus Cato.

Effuge rumores ſimul ⁊ nouitatis honores
Nam nulli tacuiſſe nocet loqui quoqꝫ nocet

¶ In promiſſis non confidas

pecuniam vel aliud tuo creditori
Rem tibi promiſſam certam promittere noli
id eſt ꝓmiſſa raro ſeruantur abundāt verbis. ſine opibus
Rara fides ideo quia multi multa loquūtur

¶ Conſtantie turrim ꝓponens aſcendere. ⁊ ỽitatis iudicio redimiri. attendat humane mutabilitatis fallacias que frequentius incidunt in falſitatis laborinthum. Cū eñ ſcd̄m ſapientem vanitati cūcta ſubiaceant. Et iuxta ꝓphetam vani filij hoīm ⁊ mendaces qui in eorum pollicitatione confidunt ⁊ promiſſa dubia pro conſtātibꝫ affirmātes more illorū qui anguillam lubricam cauda ſtringūt. nō ſine nota infamie a pollicitis ac promiſſis ꝑiter excludūtur. Raro fides ideo qꝛ multi multa loquuntur ¶ Unde nouus Cato

Rem tibi promiſſam nulli promiſeris ipſam
Perdit namqꝫ fidem fit multa locutio pridem

¶ Teipſum noſce

id eſt laudibꝫ extollit id ē iudicabis teipm̄ ſi dignus ſis
Cum te quis laudat. iudex tuus eſſe memento
qui forte adulatores ſunt
Plus alijs de te. q̄ꝫ tu tibi credere noli

¶ O tu quiſquis in huius vite fluuio. immo in mari magno ac ſpacioſo nauigas. hoc in erario memorie ſedula conſideratione reponas. ne alienis laudibꝫ intumeſcens plus extra aſſertione q̄ꝫ ꝓprio iudicio condeſcendas. In hoc eñ ꝓprie fallitur humane deliberatōis iudiciū qꝛ more oculi corpalis aliena proſpiciens. nō ſeipm̄ ꝑmittit intueri. ſed dum palponum mendacia. adulatoꝝ phaleras ⁊ cetera ſeditōnis miniſteria. aures laudis bibule minus prudenter attendunt. tūc demulcetur peccator in deſiderijs aīme ſue. ⁊ iniquus benedicitur. aut ambulans quidem in magnis ⁊ mirabilibus ſuper ſe. non teſtimonium conſcientie veracis inſequitur ſed acquieſcit freudulentie falſitatis. Sane poſtq̄ꝫ adulatrix loquacitas. miniſtrante fortuna adulatōnis optata ſtipendia ſibi adepta concepit. fauos laudis dulcifluos cōuertet in detractionis aculeos in momento. Cum te quis laudat. iudex tuus eſſe memento. ¶ Unde nouus Cato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Si quis te laudat non huius te gloria fallat
Plus laudatori ꝙ̃ tu tibi credere noli

Alios laudato

bn̄ficiū acceptū hōibus ſi non es ingratus
Officiū alterius multis narrare memēto
hominibꝫ ꝓ quādo tuipſe taceto
Atqꝫ aliȷs cum tu benefeceris. ipſe ſileto

¶ Ingratitudinis ſcelus copioſum viciorum exercitū ſecū hoc habet in ſua pniciosa opatione p̄cipuum. ꝙ in emungendis aliorū officijs. manus extendit productiles Cuius vero ſuſceperit. aut obliuiſcitur aut retributōis nō meminit. aut qđ deterius eſt nequiſſime atrocitatis abuſu ſatagit in datorē hec eſt ꝟtutū tinea. putredo iuſticie amicicie interitus ⁊ proſcriptio honeſtatis. Aduertat igitur qui in ꝟtutū gymnaſijs conatur ſtipēdiarie militare: vt bn̄ficentie morem gerēs ſuſcepta beneficia multiplicer. multiſqꝫ modis inſtanter retribuat. ſi venerande laudis preconio velit decorari. Si vero quiſpiā alijs dona gratuite liberalitatis impenderit. ꝟtuoſo ſilētio p̄terire contendat ne officiū ꝓpria laude ſordeſcēs fructu careat preintēto Officiū alterius multis narrare memento ¶ Unde nouus Cato
Alterius factum ſit verbis amplius actum
Sed referas nulli. cum tu benefeceris vlli

Iuuentuti condeſcende

ꝓ qn̄ tu exiſtens iudicas. narras
Multoꝝ cum facta ſenex ⁊ dicta recenſes
ſcꝫ illa oīa ad memoriā veniāt. i. dū iuuenis eſſes tu
Fac tibi ſuccurrāt. iuuenis que feceris ipſe

¶ Moris eſt vſitari. vt ſenectus canicie venerāda. acutis demorſionibꝫ feratur in iuuenes. ipſoꝝ paſſiones ⁊ impetus ſtimulo duriſſime correctōis inuadēs. p̄tericſqꝫ ſub ſilētio quātis voluptatis illecebris ſua tranſegerint tp̄a iuuentutis. ⁊ qđ in ſe diſſimulare cupiunt in alijs auſu maliuolo crudeliter condēnantes. Si igitur iuueniles inſolentias apto correctōis ꝟbo medicari decreueris. charitatis ꝟbo ſermones delinias. ſeuere p̄ciſionis dolabrū ſuſpendēdo. necnō vite tue prioris cōtagia cū impetu iuuenili quē corripis cōſideratōe cōpenſes Multorū facta ſenex ⁊ dicta recenſes ¶ Unde nouus Cato
Cum multos actus meminit fecunda ſenectus
Seria fac iuuenis que narrat ſermo ſenilis

Curtiloquia non cures

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

nō moueat te .i. aliqs ſecreto cū alio
Ne cures ſi quis tacito ſermone loquatur
id eſt q̄ noſcit ſe eē in culpa vt omnia dicantur
Conſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici

¶ In hoc deuiat temere leuitatis ineptia vt iuxta poetam nodum ponens in ſcirpo accuſante cōſcientia. ⁊ turba ſcelerū ꝑualente de aliena cōſciētia temere ſuſpicatur. De quo Seneca ſic meminit In hoc errat oīs affectus vt in quo ipſe inſanit. in eodē putat ceteros inſanire. Si igitur ꝟbi grā quoſlibet hoīm videris ſibi mutuo ac ſecretius colloquentes. nullius ſuſpitionis mordacis inſultib. quaſi tibi detractionis inſidias prepararēt. ſub amicicie noīe timorē non ꝑferas inimici. Cōſcius ipſe ſibi de ſe putat omnia dici ¶ Unde nouus Cato
Qui perſcrutatur ſi quis ſermone loquatur
Ille fert ſecum quod non eſt forſitan equum

In die bonoꝝ nō immemor ſis malorū
id eſt in ꝓſperitate poſitus .i. cōtraria ꝓuideto
Cum fueris felix. que ſunt aduerſa caueto
in eadē ꝓſperitate nō cōcordant tpa fortune tpibus
Non eodem curſu reſpondēt vltima primis

¶ Si fortune blandientis amplexus lubricos ⁊ oſcula fugatiua tē cōtigerit experiri. mordaces ipſius ſeuiētis aculeos. debita cōſideratione formides. nec ab eius blādicijs. cornua ꝓſumptuoſe temeritatis aſſumas. nam hac arte malignitatis frequēter vtitur q̄ his q̄bus potiora munificētie ſua dona cōtulerit ipſos frauduleter ꝓmouēs ad ardua dignitatū oculos toruos ſolite malignitatis inflectit. ⁊ cecas eis diſponēs inſidias ſubitam deſerit in ruinā. ⁊ a ſue felicitatis faſtigijs calamitatis ꝑtendens retiacula. diſponit in imis. Non eodem curſu reſpondent vltima primis ¶ Unde nouus Cato
Si quis erit felix que ſunt aduerſa cauebit
Si fortuna cadit tunc vltra ad proſpera vadit

¶ Alterius mortem nō exoptes
ꝓ q2 incerta cito cadens data
Cum dubia ⁊ fragilis ſit nobis vita tributa
licet ſenis licet iuuenis exiſtens
In mortem alterius. ſpem tu tibi ponere noli

¶ Si ſucceſſiue poſteritatis peculium tibi legitime debeatur. qd̄ viuēs aliquis. licet de ſenū numero canonica rōne poſſideat. ſpem cōfidētie certioris in tante dubitatōis negocia non opponas. Nam fata/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

tis vite terminus omne genus hominum ampliſſimo ſue ſagene ten
diculo potenter includit. Nec ſenes deſerens. nec iuuenes frequentius
derelinquens. Animuero dum ampliores vite terminos iuuentus
laſciuiens tibi fraudulenter indulgens ecce ſubito feralis mortis per
nicies. adhuc parens decrepitus viuendi gloriam preripit tibi ſoli.
In mortem alterius ſpem tu tibi ponere noli

¶ Unde nouus Cato

Cum tibi ſecura, de morte ſpeſq; futura
Alterius mortem noli tibi ponere ſortem

¶ Paruum munus gratum habeas

paruum donum quando

Exiguum munus cū dat tibi pauper amicus

gratanter qꝛ nō q̄titas ſed voluntas reſpicienda eſt

Accipito placide ⁊ plene laudare memento

¶ Si gratitudinis ſpeciem oculo debite conſiderationis aſpicias. in
remunerandis officijs non tam dati cumulus. q̄ affectionis titulus
predicatur. Quo circa ſi amicorum quiſpiam munuſculum leuis pō
deris plenum liberalitatis obſequio tibi largiatur hoc magnifice con
gratulationis applauſu ſuſcipere non poſtponas Alioquin ingratitu
dinis ſcoream damnabili viſcoſitate concipies. Pluris em̄ cenſet ſa/
piens Diogenes aque poculum. artiſſimo charitatis officio exhibitū
q̄ Areſi diuitias corde lento. Accipito placide ⁊ plene laudare me/
mento. ¶ Unde nouus Cato

Si quis forte velit ꝙ amicus pauper habebit.
Sumat corde bono ſed laus detur addita dono.

¶ Quod mors non ſit formidanda

mortē mors eſt vltima linea rerū: dicit Horatius

Ne timeas illam que vite eſt vltima finis

timet perdit

Qui mortem metuit amittit gaudia vite

¶ Virorū illuſtriū dogma prelucidum. circunſpecta traditione reclu
dit. ꝙ licet vltimum terribilium mors cunctis mortalibus imitetur
perniciem. nunq̄ tamen ſapientum animis continue vexationis du/
bietatem inducit. Quippe iuxta Senecam natura eſt homīs ſed nō
pena. Et hac conditione mundū intrauimus: vt exacto modici tem/
poris interuallo protinus exiremus. nec eſt formidandū multimode
quod nulla poterit occaſione caueri. Et iuxta iuris regulā qđ omnes
tangit. debet ab omnibus approbari. Si quis vero ſuper hoc aſſidua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

ſollicitudine meticuloſe vitam tranſegerit. ſubſiſtendo deficit. viuen
do moritur. Et quaſi in deſperationem mutabit vite lapſum. Qui
mortem metuit. quod viuit perdit idipm̄. ¶ Unde nouus Cato.
Dico tibi vere ſi vis de morte timere
Perdere tunc queris quam vitam habere videris.

¶ Pijs monitis acquieſce

beneficijs exhibitis refundit
Si tibi pro meritis nemo reſpondet amicus
inclamitare contra reſtringe.
Incuſare deum noli. ſed teipſe coerce

¶ Hoc ꝓprietatis crimē obijcit vitioꝝ damnoſa ſordicies. q crimināt
illaqueata compedibꝫ corripientis manū cōgratulāti animo nō ad/
mittit. Sꝫ potius ex correptōe deterior. ex medicamēto morbidior.
nōnūꝗ̄ curatōis abijcit medicinā. Dū igitur tyrānus ꝟtutis ſenſua/
litas. ⁊ ꝓprie volūtatis abuſus qui ſtipēdiarie ſecū trahūt oēꝫ exercitū
vitiorum. hoſpitiolum mentis obſident. excitetur protinus ratōnis
imperium. que iuxta philoſophū ſemꝑ depcatur ad optima ⁊ tantis
vitiorū peſtibꝫ potēter accurrat. At tu huius doctrine ſedulus audi/
tor ab hoc tramite nō reſilias vt correctoꝝ monita patiēter ſufferas.
et vt ire ac blaſphemie ſermones. ex impatientie cubiculo prodeūtes
ſapienter excludas ſtudio ſapiētia ac ꝟtutum miniſterio te exerce. In
cuſate deū noli ſed teipſe coerce ¶ Unde nouus Cato.
Si manet obliquus nec pactum ſeruat amicus
Non tibi culpandus deus eſt ſed ſemper amandus

¶ De miſeria humane conditionis

nihil tecū ferentē ex quo naturans deus
Infantem nudum cum te natura creauit
miſerie pondus pati
Paupertatis onus patienter ferre memento

¶ Si creatricis nature ſagaci ingenio dona conferas. Si ortus tui
penurias auida ſedulitate perpendas. nullum viuentium munus di
uitiarum aut fortitudinis cognoſces oculata experientia in huius
vite ſuburbium hominibus attuliſſe. Siquidem ⁊ leones a ſue nati
uitatis initio ſe muniunt vnguibus. tauri cornibus. canes acutis dē/
tibus. oues lanis. equi pilis ⁊ pedibus. Sed ſolus homo inermis.
imbecillus. ⁊ impotens. non loquens. non intelligens. non incedens
ad preſentis vite miſerias ſe ingerit importune. Precogitatis igitur
tantis primeue natiuitatis ineptijs. ſi in paupertatis exilium te cō/
tigerit oberrare. Que teſte Seneca. Odibile donum cenſetur ab

hominibus tanti cõſideratione myſterij. patientie clipeum diligẽter oppone non ſimilis factus beſtijs inſipientibus. aut agilitate arundini graui more vento. Paupertatis onus patienter ferre memento

Unde nouus Cato.

Cum ſis inops natus quiſquis nuduſq; creatus
Pauperiem grandem vincit patientia tandem

De expenſaꝝ moderamine

ne patiaris defectu rebus tuis moderate
Ne tibi quid deſit queſitis utere parce
res quas habes id eſt ꝙ deerũt ⁊ deficient tibi
Idq; quod eſt ſerues ſemꝑ tibi deeſſe putato

¶ Aurea virtutũ catena humanas opatões dirigẽs mediocribꝫ gaudet ac ſupflua deteſtatur. Nã ſicut in arcis ſecretioribꝫ aceruũ diuitiarũ peſſulo cupiditatis includere cenſetur. nefariũ ⁊ morbo electũ. Sic prodigalitatis pniciosa diſtractio. iuuenibꝫ deducta laſciuijs ſubitaꝫ protrahit in ruinã. quã niſi debite correptõis lima. diſcretõnis cautela pulerit. indigentie comites pauptatis ſatellites. miniſtros indigẽtie ac demum furtorum pericula. ad ſue habitatõis domicilium conuocabit. Nec mirũ qꝛ extreme deſolatõis cõſtituetur in arce. Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce ¶ Unde nouus Cato

Parcius hic vteris queſitis quando frueris
Ut rem ſeruabis quam ſemper deeſſe putabis

De verborum ſimplicitate

iam ſine dilatõe id ẽ ſepe qđ fit qñ pmiſſum nõ tenetur
Quod preſtare potes. ne bis pmiſeris ulli
id eſt ne ſis mẽdax ⁊ duplex ꝟtuoſus ⁊ verax
Ne ſis verboſus. dum vis vrbanus haberi

¶ Uirtualis conſtantie firmitas muro vallata fortitudinis multifarie multiſq; modis vicium duplicitatis abhorret vt tanq; nefarium reputet aliqđ dicere ⁊ contrarium meditari. ne cõtrarietatis alligatus vinculo ⁊ vicioſitatis retiaculo catenatus. dũ pprie voluntatis arbitriũ temeraria deliberatõe proſeqtur. aliquid ſpõdens ⁊ eadem volubili mutabilitate denegans. infamie procacis meretur demerita. que redolentis fame ſtipendia debuerat promereri. Ne ſis verboſus dum vis vrbanus haberi ¶ Unde nouus Cato

Bis non ſpondebis quod tu preſtare valebis.
Non ſimilis vento ſed vir bonus eſſe memento

Fido ſis fidus hominiq; ficto cautus eſto

fingit ſ. ore. ſ. amicū animo verus
Qui ſimulat v̄bis nec corde ē fidus amicus
etiā finge te amicū ore dolus deludit̃ dolo. ⁊ clauꝰ retōdit̃ clauo
Tu quoqȝ fac ſimile. ſic ars deluditur arte

¶ Iſta metra ſunt omiſſa. aut ex ſcriptoris incuria. aut ex actoris certa induſtria. maxīe cū mādatis dei videtur cōtradicere. ⁊ flictōis duplicitatē ꝑſuadere. Hoꝝ ſnīa nō tā apud ſapiētes ē honeſta q̄ȝ apud pleroſq̄ȝ videt̃ ꝓbabiliter dcā. Probabile aūt putat̃ vt clauus clauo retondat̃. ⁊ fraudi fraude reſiſtat̃. qđ aſtruit qui dr̄ Neqȝ eñ lex equor vlla ē. q̄ȝ necis artificē arte perire ſua Ergo vt ꝑiuria merito ꝑ ꝑiuria fallamꝰ inuo Exēplo doleat femīa leſa ſuo ¶ Vñ nouus Cato
Laudat adulator ſed non eſt verus amator
Tu quoqȝ commendas ⁊ ei condigna refundas

De adulatione

nimium dulces laudare
Noli hoīes blādos nimiū ſermone ꝓbare
dulciter auicularius
Phiſtola dulce canit volucrē dū decipit auceps

¶ Iudiciū eq̄libꝛate diſcretōis ſtatera penſatū hoc impat ⁊ indicat vt nullus cōuictus humani ꝑticeps adulatōis fauos multiplici cōſideratōe diffundat. ne aſſentatōis ſuſpectus iniuriā in melle acutā. videatur opīone maliuola cōculcare immo extremo vicioſitatis abhorrēs et incedēs via regia. nec adulatōis melle. nec detractōis aceto linguā polluat colloquentē Alioq̄n errās in inuio nō in via. aut inuidentie proximus aut palponi nō cōtrarius. videt̃ amore ſchematibꝫ oberrare. Noli hoīes blādos nimiū ſermone ꝓbare. ¶ Vñ nouus Cato
Nō bene credūtur nimiū qui blanda loquuntur
Decipiuntur aues per cantus ſepe ſuaues
¶ Unde etiam Eſopus preclare cōcordat dicens
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi.

De filiorum inſtructione

qñ habes liberos ⁊ nō diuitias lucratiuus natos
Cum tibi ſint nati nec opes. tunc artibꝰ illos
doce ſcȝ illis artibus .i. lucrari victū ⁊ amictū
Inſtrue. quo poſſint inopem defendere vitam

¶ Protoplaſti p̄uaricatio hāc humano generi miſerie deſeruit portione; vt ſucceſſiua poſteritas ignorātie tenebris. ac cōcupiſcētie illece/

bꝛis ligaretur. Quo circa debite inſtructōis regulis indigemus vt illuminato corde cōtemplatiue vite rhetoricā capiamus. Ea videlicet iuxta apl'm que a deo donata ſunt nobis. ⁊ actiue vite expientia non horrētes in mūdane ꝓcuratōis neceſſerijs ꝑ nobis ⁊ ꝓximis cōueniētis induſtrie diligentiā apponamus. At hāc inſtructōis normā filijs et poſteris conemur relinq̄re ne forte inopia ⁊ paupꝫtate grauati ī ſui generis improperiū defluāt importune nec ꝑcurrāt infamem ſemitā

Inſtrue quo poſſint inopē defendere vitā ¶ Vñ nouus Cato
Inſtrue pupillos pauper ſi diligis illos
Ne paupertati valeant ſuccumbere nati

¶ De rerum eſtimatione

vtere fictili tanq̄ꝫ auro p̄cioſo vtere auro vt fictili reputato illud

Quod vile eſt charꝝ qđ charum vile putato

in appetēdo plura in tenendo nimis bona

Sic tu nec cupidus. nec auarus noſceris vlli

¶ Rei familiaris. gubernaculis diſcreto moderamine p̄ſidens. alteritates tꝑm acuta circūſpectōe ꝑpendit vt nec abūdantie tꝑa ſuꝑflue ꝓdigalitatis iacturā afferāt. nec raritatis articulo deſꝑatione cōcepta exceſſiuā cōſtruant paupꝫtatem ſed legitime moderatōis ſeruato tempore incedendo via regia. ꝟtuoſe mediocritatis medium ſapiens obſeruabit. nec cupiditatis notatus infamia non exoſus hominibus nō virtuti contrarius immo nulli. Sic tu nec cupidus nec auarus noſceris vlli. ¶ Unde nouus Cato

Charum vile putes rurſus contraria mutes
Sic nec auarus eris cupidus nec tunc q̄ꝫ videris

¶ Illa caueto que alios cauenda docuiſti

corrigere arguere id eſt tuipſe non facies ea

Que culpare ſoles. ea tu ne feceris ipſe

vicioſum correctori ꝓpria

Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum

¶ Nihil in humanis actibꝫ verecūdia dignꝰ nihil magis a ꝟtutis limitibꝫ. q̄ꝫ dānande oſtentōis obꝓbrio. ad diſcipline p̄cepta linguā laxare magniloquā ⁊ manu miſſa ad aratꝝ retrorſum aſpicere ⁊ nefandū moribꝫ redolere tyrannū. Quid mōſtruoſius mōſtrorū que deriſibilioꝛ irriſio. q̄ maioꝛ eneruatio rōnis. q̄ꝫ ducē formidinem p̄dicare militibꝫ ⁊ greſſu retrogrado p̄mus hoſtibꝫ terga ꝟtere. leporine timiditatis melancholia occupatus. Aut q̄ꝫ in eruditōis arte ſciolus viciorū ſcoreā prohibere diſcipulis ⁊ deliratōe cōtinuus procūbere in idipſum. Turpe ē doctori cū culpa redarguit ipm. ¶ Vñ nouus Cato.

Si culpare velis non culpabiliſq; videris
Namq; mihi ſordet ſua quem doctrina remordet

Poſſibiles ſint petitiones tue

in veritate ab amico id eſt apparet eſſe iuſtum

Quod iuſtŭ eſt petito. vel qđ videatur honeſtŭ

iniuſtŭ nemo em̄ amici gr̄a debet iniuſta facere

Nam ſtultŭ eſt petere quod poſſit iure negari

¶ Si amicicie regulas quas morales philoſophi elegāti ſtudio con/diderunt. diligenter aduertas nunq̄ turpitudinis macula. aut vitio ſi conſenſus affectio. aut quippiam aliud quod ab orbita virtutŭ ab/erret amicicie legibus admittitur. Quippe ſicut celum terrenis. eterna caducis ſpiritualia corporibus noſtris. ſic virtutes vitijs preferŭtur. Non igitur indignationis ſtomachantis prouocetur erroribꝫ. ſi quiſ quis de clero vl' populo virtutis aduerſarius. ab amico repudiŭ con ſequatur. Sed recte diſcretionis examine amiciciam iniquitatis nō ligari legibus diligenter attendat ne ob hoc debere virtutis priuile/gijs derogari. Nam ſtultum eſt petere quod poſſit iure negari.

Unde nouus Cato

Erige rem iuſtam ſi non cupis inde repulſam
Non eſt donandum quicquid ſtat iure negandum

In dubijs non cito diffinias

¶ Rationis imꝑante dominio. humane carnis mancipiũ placabili frugalitate letatur. qđ ſi ex induſtria ꝓcuretur exceſſiua ſaginari dulcedine. iã nõ dure caſtꝝ rabie belli audebit inflãmare. Sed ꝑ paucis et tenuib⁹ hõ exterior cõtẽtus ſtipẽdijs interiorẽ ſtudeat ſciaꝝ ac ꝟtutũ exercitijs ſaginare. horrore dignũ reputãs ancillaꝫ p̃ſidere dñe ac dñam famulari ſubſeruiẽdo quidẽ vitijs ꝛ proſcribẽdo ſapientiã virtuti. Pauca voluptati debentur plura ſaluti ¶ Unde nouus Cato
Parcior eſto cibis ꝛ ſic tu fortior ibis
Vult ſalus multas paucas res ipſa voluptas

Plurimorũ ſentẽtias nõ inuidas ſolus
ſniam vel decretũ cõmunitatis id eſt tu ſolus
Iudicium populi nunqꝫ contempſeris vnus
id eſt ne diſpliceas oĩbus . ꝑ ꝓpriam opinionem
Ne nulli placeas dum vis cõtemnere multos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

¶ Multoꝛū ⁊ ſapientū ſententiā calculo approbatā. temere cōtrarie
tatis obice nō repellas. ne aura ſuꝑbe vanitatis impulſus prudētie
tue modū nō ſtatuēs. ſed te tollēs in aera. alioꝝ ſentētias ꝑuipendas
tante ſiquidē ꝓſumptōis abuſus odioſe contentōis ſagittas ⁊ excogi
tatos deriſionis ſtimulos ꝑcurrit ⁊ adultos. Ne nulli placeas dum
vis cōtemnere multos. ¶ Unde nouus Cato.
Nunq̄ꝫ tu multos debes contemnere vnus
Nam nulli placet qui ſolus abijcit omnes.

De futura beatitudine conſequenda

.i. ꝑncipaliter qđ ꝑcellit oīa. ſollicitatio ſanitatis
Sit tibi ꝓcipue qđ primū eſt cura ſalutis
q̄ ſꝫ bona ſunt vituꝑes qn̄ ꝓpter tuum malū regimen
Tempoꝛa ne culpes cū ſis tibi cauſa doloꝛis
¶ Perfectōis humane felicitas. q̄ ſublimi bonitatis exiſtētia colloca
tur feruētioꝛi captet deſiderio. ⁊ habita cōſeruetur diligētius nā toti/
us humani deſiderij. apicē cōpꝛehēdit. Uerūtamē ſe nrē erūnoſe labi
litatis mutabilitas. varijs ꝓpellatur incōmodis. ⁊ multifarijs tribu/
lationū doloꝛibꝫ atterat. nō ob hoc liceat in murmuratoꝛie lamētatō
nis voces erumpe nec tempoꝝ malignitati tribuere. ea iuſto modera
mine ſtatuerūt diuinitatis arcana plena ſapiētie decoꝛis. Tempoꝛa
ne culpes cum ſis tibi cauſa doloꝛis. ¶ Unde nouus Cato
Prima ſit in functis ſemper tibi cura ſalutis
Tempoꝛa non flebis ſi coꝛpus forte dolebis

De ſomnioꝛū fantaſmatibus

nocturnas viſiones .i. ipē hō ſperat
Somnia ne cures nā mens hūana qđ optat
.i. ſomniū ⁊ viſionē per ſomniū.
Dum vigilat ſperat per ſomnū. cernit idipſum.
¶ Nocturne viſionis fantaſmata. que diurne cogitatōnis affectatas
imagines repꝛeſentant. abolitis repleta myſterijs nō confidas Nam
ſi ea futuroꝛum euentuū vaticinari preſagiū curioſa putatōe conten
deris. nō ſine diuine maieſtatis iniuria. diuinatōis nota contamina/
tus cenſeberis Sane ad eandem ſuꝑſtitionis ſpeciem ardēter referas
laruas ſomnia ⁊ lemures Somnia ne cures nam mens humana qđ
optat. ¶ Unde nouus Cato
Somnia ne cures nam fallunt ſomnia plures
Sollicitus durat qui fruſtra ſomnia curat

Documentum vite regularis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

optas mortale
Oc quicūqꝫ cupis carmē cognoſcere lector
documēta mortalia aptiſſima humane
Hec p̄cepta feras que ſunt gratiſſima vite
¶ Vitioſi cōuictus declinare volens naufragiū. ⁊ virtuoſe habitudi nis iucundis indui veſtimentis. ad ſequentium p̄ceptorum canones conetur aures bibulas inclinare quibꝫ in cellula memoriali recondi/ tis ⁊ operis exercitatione completis moralis vite ſummam afferent gratiam ⁊ virtutibus polimite. Hec precepta feras que ſunt gratiſ/ ſima vite. ¶ Unde nouus Cato
Quiſquis adeſſe velis ⁊ carmina diſcere queris
Hum monitis tutis diſcas precepta ſalutis
¶ De nobilitate ſcientie ⁊ eius pfunditas
virtutū ⁊ ſciarum virtutes ⁊ ſcientias
Inſtrue preceptis. aīm nec diſcere ceſſes
hominis ſimilitudo
Nā ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago
ſcꝫ ſi meū cōſiliū feceris habebis. i. ſed ſi cōtempſeris
Cōmoda multa feres ſin autē ſpreueris illud
monitorem cōtemptorē tu
Non me doctorem ſed te neglexeris ipe
¶ Immēſa conditionis humane dignitas. diuinis priuilegiata fauoribus. in ſapientialis cognitionis lumine ſtabilitur qua apprehenſa ſuperuis intelligentijs ſimiles. ⁊ ea neglecta iumentis inſipientibus non diſſimiles inueniuntur. Tanto igitur attentionis conamine. ab anime hoſpitio ignorantie detergens rubiginem immo iugi ſtudio/ rum exercitio ⁊ ſcientiarum lampade ipſam foueas ⁊ attendas ne ig/ norantie tenebreſcens erroribus ac doctrine ſalutaris exoſa vitiorum fiat pediſſequa ⁊ propago. Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago. ¶ Unde nouus Cato.
Imbue iam mentem noſtre rationis egentem
Mens ſine doctrina ſtat vite terra ruina
Carmen ſi ſpernis tibi maxima cōmoda perdis
Non carmen miſſum ſed te neglexeris ipſum.
¶ Nō te moueant malorū detractiones
iuſte qm̄ malis diſplicere laudabile eſt
Cum recte viuas ne cures verba malorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

id eſt in noſtra volũtate illud

Arbitrij noſtri non eſt quod quiſq; loquatur

¶ Rcõris vite incedẽs ꝑ tramites artiores. ſi detractoꝝ maliuolis oppugnaris inſultibꝫ. ſi i te cõuẽtꝰ malignãtiũ oia venenate detractionis machinamẽta cõponat. nõ ob h̃ ſincere rõis ſtabilitas moueatur nã hoc ſolũ ꝓpriũ ſibi vẽdicat ꝟtualis eminẽtia in ſolio celſitudĩs collocata. q̃ liuoris aculeos expꝑit inſtãtiꝰ. q̃bꝫ nec ꝟboſe corrixationis q̃ſi iniuriã ꝓpellẽdo vicẽ maledicis referat. nec a ꝟtuoſe ſtatõis culmĩe trãſferatur. Arbitrij nr̃i nõ eſt qđ q̃ſq; loq̃tur ¶ Vñ nouus Cato

Si bonus es moꝝum non cures verba maloꝝum
Nulli ſcire datur quod ſemper quiſq; loquatur

Celato crimen amici

in iudicio tu exñs .i. ſalua reuerẽtia veritatis

Productus teſtis ſaluo tamen ante pudore

id ẽ tege ꝑ ſilẽtiũ. aut ꝑ colorẽ aliquẽ. ſaluo. ꝛc.

Quantumcunq; potes celato crimen amici.

¶ Ad p̃toris vocatus iudiciũ. vt ſuꝑ delato quolibet amicoꝝ crimĩe perhibeas teſtimoniũ ꝟitati quoſduſq; potueris amici reatus ꝛ crimina licet tibi ꝑſpicua ſilẽtij cautela cõtegas ꝛ colores ſalua tñ in omnibꝫ fidei ꝛ honeſtatis reuerẽtia. q̃s amico p̃ferre cõuenit. ne de errationis ignominia. aut cõſenſu crimis morderi valeas aut cõuinci Quãtumcũq; potes celato crimẽ amici ¶ Unde nouus Cato

Cum fueris teſtis ne ſit pudoꝛ huic tibi peſtis
Non debet dici tunc per te crimen amici

De adulationum blandimentis

molles ꝛ adulatoꝛios femineo moꝛe

Sermones blandos bleſoſq; vitare memẽto

ficta ꝛ ſil'ata ẽ in ꝓuerbio. i. ſub ficta ſimplicitate p̃tendũt fraudem

Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquẽdi

¶ Uirulẽtas lingue blãdientis fallacias. ſi nõ ſurdo p̃tereas auditu deceptõis laqueos nõ euades. Quemcũq; eñ de viroꝝ numero audieris ſeductoꝛio moꝛe blãdiri. aut muliebꝛi ritu ſermones vocibꝫ delicatis infringere aut lenocinãtis lingue blãdicias p̃occupare ſuſpirijs aut miſcere ſingultibꝫ interiectis. ibi tacite captõis laqueos prudẽter aduertas. q̃ tãto diſponũtur efficatius. quãto ſophiſta ꝟboſus tibi ꝑſuadere nititur lingua doloſa ꝛ ſtudio malignãti. Simplicitas veri fama eſt fraus ficta loquendi ¶ Unde nouus Cato

Sunt bene vitandi ſermones vtiq; blandi
Sub ſpecie veri nam fallunt ſepe ſeueri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Hoc idem preclare deſcribit Eſopus
Non ſatis eſt tutum mellitis credere verbis
Ex hoc melle ſolet peſtis amara ſequi

De corporis ꝛ aie virtuoſis exercitijs

pigriciā animi totius hoīs tarditas vel trepuditas
Segniciem fugito que vite ignauia fertur
.i. nō vacat bonis artibꝫ ſtulticia ꝛ pigricia
Nā cū animus languet cōſumit inertia corpus
¶ Validis occupationū exercitijs viriliter aſſueſcas. nā ſi ſub torpenti ociositate tpa trāſeas feriata, mox a lāguido corde riuus vitiorū ebuliēs, oēm mētis humane p̄cioſam ſubſtantiā auferet ꝛ diſꝑdet. Exercenda eſt igiṫ aīa meditatoībꝫ arduis ꝛ vtilibꝫ ſapiētie ſtudijs. Corpus ꝯo impellendū viriliꝰ. nō ad lāguorē deſidie ſed ad opus. Nā cū animus languet cōſumit inertia corpus ¶ Unde nouus Cato
Segnicies linquat te nō ignauia vincat.
Cum mens lāgueſcit caro tunc defecta ſeneſcit
¶ Vñ p̄clare dicit Seneca ¶ Labore atq̄ ſtudio animi generoſi nutriūtur. ſegnicie vero corpa vanitatibus imbuuntur

De animi recreatione

Ouidius. i. quod caret alterna requie durabile non eſt
Interpone tuis interdum gaudia curis
Phūs. Reqes ꝛ ludus in vita ſunt neceſſaria portare
Ut poſſis animo quēuis ſufferre laborem
¶ Diutina laborū aſſiduitas nulla quieris intercapedine recreata. vires aīe potenter emollit ꝛ laboris pſeuerantiā intercludit. Miſcēda igitur eſt humanis laboribꝫ gaudioſe cōſolatōis relaxatio. q̄ tāte moderatōis ſtudio teneaṫ vt ſicut medicinis vtimur nec exceſſus laſciuiam ſupfluitatis impellat. nec defectus aīm deijciat in faſtidiū ꝛ errorem. Ut poſſis aīo quēuis ſufferre laborem ¶ Unde nouus Cato
Gaudia ſepe tuis debes adiungere curis
Sic ſufferre datur ſi quid fortune minatur

¶ Alterius crimen nō diiudices

hominis ne momorderis.
Alterius dictū aut factū ne carpſeris vnq̄
in dictis ꝛ factis tuis homo
Exemplo ſimili ne te derideat alter
¶ Si ꝓprie trāſgreſſionis vltor idoneus nō diſſimulator extiteris ad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

alieni reatus maculas. iudicij cōdemnātis oculos nō conaberis retor
quere. Qui eñ liuoris dente cōdemnatōis forfice. vel irriſionis nota
mine proximoꝝ actus cōſueuit laceſſere. criminoſe cōſcientie ſe fatet͛
alienis irriſionib⁹ in poſterū impellēdus. Abigatur ergo quātotius
a conſcientie thalamis. ⁊ a lingue pruriētis impulſu. temerariū alie
ne culpe indiciū ⁊ deriſionis vipera conſcientie moribus ater. Exem
plo ſimili ne te derideat alter ¶ Unde nouus Cato
Nullum dicentem reprendas vel facientem
Ne ſimilis riſus alij ſit reddere viſus
¶ Unā Seneca ¶ Eſt vitiorū fugax ipſe aliorū nec vitioſus ſcruta/
tor nec acerbus rephenſor ſed ſine exprobratione corrector

¶ **Bona fortune ne expendere cures**

illud legauerit in teſtamenta vltima voluntas.

Quod tibi ſors dederit tabulis ſupma notato

nō dilapidādo tibi legata ille defamat

Augendo ſerua. ne ſis quē fama loquatur.

¶ Cū fortune volubilis munificētia te nouiſſime benigne fauore ꝓſe
quens vberiori ꝓſperitate repleuerit. tūc ſagaci fretus cōſilio largita
donaria cū debita moderatōe diſpēſa, ne ꝓdigalitatis diluuio circum
uētus deriſionis publice noteris infamia. dū ꝓprie temeritatis iuſti/
cia de plenilunio veneris in eclipſim dū ea q̄ plurimis videbant͛ effū
denda ꝑib⁹ cōfracta moderatōis ſtatera ſubito ⁊ inutiliter diſꝑgant͛
Augēdo ſerua ne ſis quē fama loquatur ¶ Unde nouus Cato
Quod eſt ſorte datum tabulis hoc queſo notatum
Ut ſerues auctum ne canet fama retractum

¶ **De auaricie declinatione in ſenibus**

abundāt vite tue

Cum tibi diuitie ſeparāt in fine ſenecte

munera dans tenax

Munificus facito viuas nō ꝑcus amicis

¶ Si vberes diuitiaꝝ aceruos te ſeneſcēte poſſideas tūc peſſulo libe
ralitatis effracto. ipā vberalitate mḡnifica diſtribuas ⁊ effundas. nā
theſaurizare poſteris ⁊ auaricie macula ſue vite terminū denigre cēſet͛
abſurdū ⁊ nō diſſile ab his q̄ aratro ſulcāt arenā. vl' triticū ſemināt in
miricis. Munific⁹ facito viuas nō ꝑcus amicis ¶ Unde nouus Cato
In ſenio diues dum paruo tempore viuas
Multis multa dabis nec amicis plura negabis

¶ **De cōſilio vxoris filiorū aut famulorū**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

exiſtens tui
Vtile cōſiliū dominus ne deſpice ſerui
alicui⁹ ſniam vel cōſiliū nō deſpexeris
Nullius ſenſum ſi ꝓdeſt tempſeris vnq̄ꝫ
¶ Diſtributoris largitas copioſa apd̓ quē nulla pſonaꝝ repiꝉ excepcō frequēter pſonis hūilibꝫ dona ſapīe largioris infundit. fugiens cathedras optiatū Si ergo qſpiā de ꝟnacul. vꝉ tibi qlibet iferioritate ſubiectis cōſiliū vene maturioris afferat gratāter hoc ſuſcipe ne obaudiens aīo indignanti. nec contra ſapientis cōſilium ꝓprie innitaris prudentie dū alienū abijcis. qd̓ iudicatur reprobū atq̄ꝫ nequā. Si ꝓdeſt ſenſum nullius tempſeris vnq̄ꝫ ¶ Unde nouus Lato
Nō ſit neglecta ſerui ſnia rcā Nec ꝯtēnaꝉ tibi cū bn̄ cōſiliatur

De rerū ⁊ tēporū aduerſa ꝑmutatōe.

quibus cares ſcꝫ tibi mō illud
Rebus ⁊ in ſenſu ſi nō eſt quod fuit ante
ſis cōtentus ⁊ patiēs cum illo
Fac viuas cōtentus eo quod tēpora prebent
¶ Si nouerca proſꝑitatis negligētia ſeu fortunati caſus euentus. tui peculij fines inuaſerint. iā pauꝑtati fedus ꝓximū ineūtes. nō ob hoc puſillanimitatis depmaris ſub ſolio. ſed cōſtantie rigore ſeruato. ſufficientiā pro cōiuge amplectaris. Fortune quidem crebra mutatio. ⁊ mobilium diſtractio cōſueta. viriles mētes offendere nunq̄ꝫ debent.
Fac viuas cōtentus eo quod tꝑa prebent Unde nouus Lato
Pauperior ſenſus non ſit turbatio ſenſus
Sed ſis cōtentus vt omnia fert tibi tempus

De diſcreto coniugio cōmittendo

caue ꝓpter diuitias ⁊ bonorum poſſeſſiones
Vxorē fuge ne ducas ſub nomine dotis
vxorem infamis ⁊ intolerabilis
Nec retinere velis ſi ceperit eſſe moleſta.
¶ Si matrimonialibꝫ vinculis te aliquotiēs oblegari delectet nō poſſeſſionū copias. nō diuitiaꝝ abundātias pncipaliter adipiſci contendas in cōiuge. ſed morū decus ꝟtutū inſignia. ⁊ gn̄is claritatē. quā ſi cognita veritate perpēderis a morū generoſitate degenerē. aut iracundie ſtimulis agitatā ab eius vinculis ꝑperāter effugias etiā ſi ſummi culminis copiarū aut claritatis attollātur honoribꝫ. Nā taliū coniugatorū nouiſſima vtriq̄ꝫ partiū ſordida ſunt ⁊ infeſta. Nec retinere velis ſi ceperit eſſe moleſta. ¶ Un̄ nouus Lato.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Non tribuet votis vxorem copula dotis
Vt diſiungaris ab ea ſi forte grauaris

Aliorum exemplo viue

Therē. hoc ſapiētis eſt piculū ex alijs ſumere. qđ tibi facere licet
Multorū diſcas exemplaqȝ facta ſequaris
et que ſequaris docet
Que fugias. vita ē nobis aliena magiſtra

¶ Si regulata morigerationis cacumina gradatim queras aſcēdere alienorum euentuum fias cedulus explorator. quia cum alios recor/daberis ſue prudentie miniſterio. in ſuis proſperaris actibus. alios vero detrimentum ex ſuis operibus aſſecutos facili cenſura iudiciū coniecturare licebit. quid agendi vtilius. aut totaliter relinquendum Noueris equidem ꝙ preſentis vite decurſus nobis mirabili varieta te ſubſeruit. in qua expītia repitur p̄nceps ⁊ miſtra ¶ Vñ nou⁹ Cato

Ex alijs diſcas quid agas bene quid ve remittas
Nunc ad viuendum vita eſt exemplar habendum

Poſſe tuum non tranſcendas

.i. vires tuas examina ſuppreſſus
Nō potes id tempta. operis ne pōdere preſſus
ſubt⁹ cadat ⁊ deficiat incompleta. i. inceptum
Succumbat labor ⁊ fruſtra tēptata relinquas

¶ Si arduū aliquid te cōtingat aggredi. vires tuas primitus metie ris ne preſſus mole pōderis. nimia fatigatione ſuccumbas. aſſecutus plebis ridiculum dum abuſiua deceptione ſeductus inchoatū opus deſeris imperfectū Satius quidem eſt a magnis actibus deſiſtere. qȝ ꝙ inceptum temere relinquas. Succumbat labor ⁊ fruſtra temptata relinquas. ¶ Unde nouus Cato.

Materias pares in viribus ſumpſeris aut res
Defeciſſe vides inimici pondere vires.

De malefitiorum accuſatione

facimus magnum iniuſtum tacere illud.
Quod factum noſti iniuſtum. nolito ſilere
agētes ⁊ conſentientes pari pena puniuntur
Ne videare malos imitari velle tacendo

¶ Si motus malignātiū ſceleroſe factōis malicia leges publicas con turbauerit. Cui⁹ rei taciturnitas pacis vel pluribꝫ faciat detrimētū pro/palandū eſt velocius ⁊ ad aures publicas reducendū. ne forte iniuſti ciā maligne reticēs iniuſticie arguat. tanqȝ mallēs facinoribꝫ ſilendo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

tacitũ pbere cõſenſum. q̃ꝫ maloꝝ indignatõe recepta obuiare crimib⁹
arguẽdo Ne videare malos imitari velle tacẽdo ¶ Vñ nouus Cato
Si mihi tu credis nunq̃ꝫ mala facta ſilebis
Nam quiſquis celat ſe conſentire reuelat

De iudicis adiuuamine poſtulando

qui hꝫ auctoritatẽ interp̃tãdi .i. ſi lex videat iniq̃ reb⁹ tuis ꝯtrariari
Iudicis auxilium ſub iniqua lege rogato
q̃ in vniuerſali dant .i. interp̃tẽtur in pticularib⁹ caſib⁹
Ipſe etem̃ leges cupiũt ut iure regantur

¶ Legalis iuris ſeueritas. pticulares caſus cõcipiẽs moderatõem exi
git iudicãtis Allioq̃n repẽte ꝯterent in pnicie. q̃ moderatõe iuſtiſſima
fuerat ab initio cõſtituta Dũ ergo rigorẽ legis accepis cõtra ꝓprie iſti
tutõis calculũ. tuis negocijs iciuiliter aduſari Ad leges declarandaꝫ
ſniam prõciniũ iudicis ĩterpellas Hoc eĩ legal' inſtitutio exigit. vt in
terp̃tet benign⁹ ⁊ e⁹ obſcuritatis nebule neq̃ſſimi cẽſura iudicis abſol
uãtur Ipe etem̃ leges cupiũt vt iure regãtur ¶ Unde nouus Cato.
Iudex iis tutus ſub iniqua lege ſtatutus
Nam ſub iure regi placet omni tempore legi

¶ De patientia in tormentis retinenda

propter tua demerita ſuſtinere
Qđ merito pateris. patienter ferre memento
qñ noſcis te culpabilẽ iudicante corrige
Cũq̃ꝫ reus tibi ſis. ipſum te iudice damna

¶ Dum iuſticie veritas criminũ eq̃tati reſpõdet. nulla nouitatis intẽ
peries aut nouitatis ſpẽs exorit. dũ ⁊ rõnis iudiciũ ſcrupulos dubie
tatis amouet. ⁊ ppetrate culpe cõſciẽtia a lata ſnĩa nõ diſcordet Naꝫ
vt ait Boetius. Si mali ſui crimis deformitatẽ agnoſcerẽt. vltro ſe p̃
berẽt iudicib⁹ puniẽdos: vt ſui reatus deformitas iuſticie medicami
ne deleret. Dũ ergo patrati ſceleris immanitas abiecto ſilẽtio cunctis
innotuit. flagellũ rigoris inflicti modeſte ſuſtineas immo impellente
ſyndereſi. ⁊ cõſciẽtia ꝑteſtãte teip̃m argue ⁊ cõdemna. Cũq̃ꝫ reus tibi
ſis. ipſum te iudice damna ¶ Unde nouus Cato
Omne tuũ ſemper ſuffer meritum patienter
Cũq̃ꝫ reus conſtes nõ te ſine crimine monſtres

De ſtudij cõtinuatione

probatiſſimoꝝ ſcripta multis apta ab ineptis diſcernendo
Multa legas facito. perlectis ꝑlege multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

flores ex ſpinis: grana ex paleis. ⁊ argentum ex luto collige

Nā miranda canūt. ſed nō credenda poete

¶ Studiorum perſcrutator ſedulus. volens multiplicibus ſtudiorū vigilijs ſapientie matris cubiculum introire. varia perquiſitionis indagine rimetur actores. ⁊ plurimorum perquirens ſtudia. diſcretōis ventilabro a veris falſa ⁊ ab imperitis perita. firmitatis cautela diſcernat. ne ſophiſticationis verboſitate confuſus. aut equiuocationis nubilo circumductus. opinionem veritati pferat: vt ſeductori doctoris nomen tribuat ⁊ prophete. Nam miranda canunt. ſed non credēda poete. ¶ Unde nouus Kato

Fac vt multa legas ⁊ idem tu ſedulo degas
Sic ⁊ vera petas varios imitare poetas

¶ De modeſta loquutōe circa menſam

ſimul comedentes comis ⁊ facetus

Inter conuiuas. facſis ſermone modeſtus

garrulus facetus reputari

Ne dicare loquar. dum vis vrbanus haberi

¶ Inter exteriorū epulas veneranter accumbens. lingue ventilabruz ſagaci moderatione refrenet. ne ſi paulo licentius in verba ſcurrilitatis aut odioſe loquacitatis defluat contaminationis venenuz referat in actorem. qd facili medicamine nō poterit aboleri. Ne videare loquax dum vis vrbanus haberi. ¶ Unde nouus Kato

Dum conuiuaris caueas ne multa loquaris
Diſcat ab vrbanis vir garrulitatis inanis

¶ Irata coniunx non te moueat

plorantis

Coniugis irate noli tu verba timere

parat deceptiones

Nā lachrymis ſtruit inſidias dū femina plorat

¶ Si perturbatōis incendijs turbata ꝓpria vxor ebulliēs voces multimode lamentationis. effundat gemitū ſingultibus dilatatum. his de cauſis nullatenus virilis exacerbetur conſtantia. aut mulieris mota fluctibus agitetur. Nam hoc habet proprium muliebris ſexus fragilitas. q vbi abundantiori luctu pretendit iudicia. ampliora future deceptionis retiacula viro ſuo depromit. dum vultum perfundit lachrymis ⁊ rorat. Nam lachrymis ſtruit inſidias dum femina plorat. ¶ Unde nouus Kato

Nil tibi curetur ſi coniugis ira minetur

Femina dum plorat hominem ſuperare laborat
¶ Unde Ouidius qui harū rerū expertus erat ait
Neue puellarum lachrymis moueare caueto
Ut flerent oculos erudiuere ſuos

¶ De poſſeſſionū tēperata diſpenſatōe

tpate bonis acquiſitis prodigaliter expendēdo
Utere queſitis ſed ne videaris abuti
inutiliter prodigaliter .i. deficit bona aliorum
Qui ſua cōſumūt cum deeſt aliena ſequūtur

¶ Copioſe ſupellectilis ditatus beneficio. tāto regiminis ordine commiſſa tibi beneficia modereris: vt nec ſuperfluitatis vitio, nec tenacitatis. notatus imphamia. perfectionis medium valeas obtinere Nā dum inutili ⁊ ſuperuacua prodigalitate poſſeſſa diſtribuis. ⁊ inopie domum ingrediens. fatue prodigalitatis vocabulum aſſequeris. in deteriora ruiturus pericula. Nam experientia docente cognouimus ꝙ ab opulentia in ſterilitatem collapſi. ſubito carentes proprijs in alienorum appetentiam capiuntur. Qui ſua conſumunt cum deeſt aliena ſequuntur. ¶ Unde nouus Cato
Sic tibi ſit vſus rerum ne fiat abuſus
Qui ſua demergunt hi poſt extranea pergunt

¶ De diſcreta mortis expectatione

et hoc ſi iuſte vixeris. qm̄ mors peccatorum peſſima
Fac tibi preponas mortē non eſſe timendam
mors qm̄ priuat vitam miſeriarū huius mundi
Que bona ſi nō eſt. finis tamē illa malorum

¶ Mortis imperium a cuius iuriſdictione nullus eximitur. valida mentis conſtantia preſtolari contendas. que ſi nihil vtilitatis humane conſiderationi preferat. eſt tamen humane vexationis remedium et mundani caſus terminus ac laborum. Que bona ſi non eſt finis tamen illa malorum ¶ Unde nouus Cato
Raro timere mori nimia formidine noli
Mors mala nos tollit ſed ⁊ hec mala noſtra reſoluit

¶ De vxoris conſilijs

id eſt vtilis tolerare.
Uxoris linguā ſi frugi eſt ferre memento
linguam vt frugalis audiatur.
Nāqꝫ malū eſt nō poſſe pati nec velle tacere

¶ Precioſe confectionis aromata vaſis interclufa fictilibus. nihil cō‑
tinentis vaſis ineptie. ſibi diminuunt de valore. Si ergo tue vxoris
animum ſapientie balſamo redundare cognoueris. eius conſilia pru‑
dentie infirmitate ſubnixa non memineris aſpernari. ſed tanꝗ ſugēs
mel ex petra. oleū de ſaxo duriſſimo. ne duplici turbulentie mordea‑
tur angario. Dum nec loqui permittitur neq̃ tacere Namq̃ malum
eſt non poſſe pati nec velle tacere

¶ Unde nouus Cato

Uxoris linguam ſi prodeſt cur ego ſtringam
Namq̃ pati neſcit ſtultus cito nec reticeſſit

De honore parentum

nō debili ſed firma charitate patrem ɀ matrem
Dilige nō egra charos pietate parentes
ſapiēs. maledictus ē a deo q̇ exaſpat matrē. placere patri ſuo
Nec matrē offendas dū vis bonus eē parenti

¶ Paterne venerationis officium. ꝙ omnis legum traditio imperat
et indicit. multa ſedulitatis obſeruantia teneatur. ne te ingratitudi‑
nis vipera rorem totius pietatis acerbans in foueaꝫ ſue captiuitatis
includat. diuine preceptionis imperio violato Nec minori ſtudio ge‑
nitrici tue morigeram ciuilitatem exhibeas ipſam nulla repugnan‑
tie malignitate conturbes affectu diſcolori ɀ amenti. Nec matrem
offendas dum vis bonus eſſe parenti.

¶ Unde nouus Cato

Eſto pius vere his ſemper qui te genuere
Non moueas patrem nec vis offendere matrem

De regularis vite inſtitutōe

tutam
Securā quicūq̃ cupis deducere vitam
cupis tuū vitia nocent
Nec vitiis inherere aīꝫ q̄ morib⁊ obſunt
moꝝ documēta qꝛ decies repetita placebunt
Hec precepta tibi ſemꝑ relegēda memento
in ſepe relegendo decet teipſo docente
Inuenies aliquid quod te vitare magiſtro

¶ Si viciorum declinando naufragia. per amena virtutum vernan‑
tia loca planicie mentis greſſus dirigere moliaris. ſequentiuꝫ dogma‑
tum regulas diligenter attende. perque confractis aduerſarie pote‑
ſtatis viribus arcem comprehendere poteris eminentie ꝟtualis. In‑

ter hec autem quedam prohibitius tibi conſtitui. que recondere me/
mineris in memorie regiſtro. Inuenies aliquid quod te vitare magi
ſtro. Unde nouus Cato.
Corde ſub attento ponere mea verba memento
In quibus agnoſcas qui crimen linquere poſcas

De diuitiarum contemptu

Dauid. diuitie ſi affluant noli cor apponere
Deſpice diuitias ſi vis animo eſſe beatus
diuitias cum amore vlteriores ſemper petunt
Quas qui ſuſcipiunt. mendicāt ſemp̄ auari
¶ Si mundane feditatis velis abhorrere faſtidia. Si venenate dul/
cedinis declinare muſcipulam. que in hoc terrene inhabitationis tu/
gurio potenter infiſcat. ſi demum celeſtium formas contendas. ⁊ the
oreumata ſpeculari. abiecto mundane cupiditatis ambitu. omnia ter
raruꝫ opum pondera animo victore deſpicias ⁊ conculces Alioquin
libertas anime. artiſſimis diuitiarum ligata compedibus. nunq̄ꝫ ⁊ ſi
ſufficiens nullo congeſte ſupellectilis cumulo poterit ſatiari Quas q̄
ſuſcipiunt mendicant ſemper auari Uñ nouus Cato
Abſit ditari qui ſe vult rite beari
Diues marceſcit quanto plus copia creſcit.
¶ Quod egregie docet Cicero in de officijs
Nihil honeſtius ⁊ magnificentius eſt q̄ꝫ pecunias ſi non habeas con
temnere ⁊ ſi habes ad liberalitatem eas conferre
Et in pabolis Qui odit auariciam longi fient dies eius
Proprijs nature donarijs cōtentus viuas
neceſſaria. que ſagax eſt in prouidendo nobis
Cōmoda nature nullo tibi tempore deſint
illo bono
Si cōtentus eo fueris quod tempora prebent
¶ Abiecta cupiditatis vipera que totam ſpiritualis perfectionis ſub
ſtantiam abigit ⁊ depaſcit ſufficientie menſura ſubſeruiens immenſis
nature beneficijs coadiuuata. omnem paupertatis abijcit leſionem.
Dum em̄ attenta mente conſiderat q̄ꝫ paruis āminiculis nature hu/
mane fomentatur inopia. ⁊ q̄ꝫ multiplicibus creaturarum donarijs.
filij adam ſemetipſis contenti. extra conceſſa beneficia. nullum ſuper/
fluum poſſunt appetere neqꝫ debent Si contentus eo fueris que tem
pora prebent. Unde nouus Cato.
Qui non curaret pluſq̄ꝫ natura rogaret
Diues ſic eſſet ꝙ res ſibi nulla deeſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Que tuis cõtingũt incurijs alijs nõ imputes
nõ prudens bona tua ſed libidine ⁊ ſenſualitate.
Cum ſis incautus nec rem ratione gubernas
in cauſa aduerſam.
Noli fortunam que non eſt dicere cecam

¶ Si inſipientie nubilo obſcuratus. aut prodigalitatis ſuꝑfluo tabe factus circumſpectõe ſopita. ⁊ indiſcretionis mancipio aurigante. in eclypſim rei familiaris incidas paupertatis feriente baculo. aut alijs varijs impellaris caſibꝫ euentuum ſiniſtrorum. non fortune ſeuiẽtis iniuriam. lingue loquacis aculeo ſtudeas accuſare. ne quod tuis de-meritorum ſtudijs rationabiliter experiris in alterius commiſſuꝫ imputes. legem ſtatuens fatuam ⁊ iniquam. Noli fortunam que non eſt dicere cecam ¶ Unde nouus Cato

Si male res ſeruas ſi perdas rurſus aceruas
Fortune ſeras nequeas offerre querelas

De pecuniaꝝ acq̃ſitõe ⁊ retentõe moderata
ad ſuſtentandã familiã ⁊ ſubleuandã innopiã pulcritudinẽ denarij.
Dilige denarium ſed parce dilige formam
formã denarij ex cupiditate
Quã nemo ſanctus nec honeſtus optat habere

¶ Licet humane legis conſideratione ꝑmittente. mutue cõicationis neceſſitate penſata pecuniarũ vſibꝫ ad ſubleuandã familiarum neceſ-ſitatis inopiam. ſine nota criminis inſiſtamus. ipſarum tamen ſuper-flue acquiſitionis ambitum. aut cupide retentõis aceruum virtus ex-horret honeſtas abijcit Per hãc habendi libidinem compellitur om-ne ſanctitatis collegium a ſue ſtationis terminis deterrere. Quã ne-mo ſanctus nec honeſtus cupit habere ¶ Unde nouus Cato

Pro ſpecie nullum ſed parce dilige nummum
Quam non optauit ſapiens nec honeſtus amauit

Ne miſer viuas cum ſis diues
loculos plenos hñs ꝑpter ſanitatem ſeruandam vel recuꝑandam
Cum fueris locuples corpus curare memento
egrotus exñs in arca in vſu ⁊ corpis curatione
Eger diues habet nummum ſed non habet illũ

¶ Si gaze vberioris donario tibi fortune benignioris concurſus ap-plaudat fortuita naturalibꝫ non preponas. ⁊ ſi diſcraſie naturalis in-edia corporea moles langueſcit pecunialis ſumptus voluntarium p̃-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

beat fulcimentum. Nam farſitis marſupijs ⁊ degenti corpi neganti
bus alimenta diuitiarū poſſeſſio in detrimentum poſſidentis aſſcri/
bitur affutura. totius miſerie incremento. Cum fueris locuples cor/
pus curare memento ¶ Unde nouus Cato
Cum locuples fueris corpus curare ſtudebis
Se male cuſtodit diues quem copia perdit.

¶ De diſcipulorum longanimitate

pateris tu diſcens amore magiſtri
Verbera cum tuleris diſcēs aliquādo magiſtri
id eſt parentis precepto reuerenter obediendo
Fer patris impium cum verbis exit in iram

¶ Si ante vbertatis tempora pedagogo inſtructori manus prebui/
ſti docibiles mores gerens obediētie magiſtrali ſatis amplius te pa
ternis imperijs obtemperare conuenit ⁊ quotiens iracundie feruore
pater ſuccenſus ſtomachantes voces ediderit. offerre patientem leni/
tatem opus eſt ne paterne reuerentie timore contempto. vitam du/
cas plenam obprobrijs ⁊ deliram. Fer patris imperium cum verbis
exit in iram ¶ Unde nouus Cato
Si fers doctorem diſcendi propter amorem
Et reprendentem debes tolerare parentem

¶ De vtilibus exercitijs peragendis

id eſt vtilitatē afferunt res
Res age que proſunt rurſus vitare memento
rebus in via morū vel ſciētiarum id eſt premij
In quibus error ineſt. ⁊ ſpes incerta laboris

¶ Conſiderato volubili humane mutabilitatis excurſu non tā fatuū
ꝙ furioſum creditur. inutilibus ac ſupfluis negocijs occupari. Nam
et ſi multa luſtrorum ſpacia nobis relinqueret diuinitas. arduis ta/
men ⁊ magnificis ſtudijs implicari deberent. Cia igitur hec exerci/
tia deſere. illa relinqꝫ ſtudia. que fatigationis plurimum ac ſollicitu
dinis molem afferunt. ⁊ nullam pretendunt confidentiam ſapientie
ac virtutis. In quibus error ineſt nec ſpes eſt certa ſalutis
¶ Preclare id nos monet Cicero
Hoc vitium nobis vitandum eſt ne memineris magnum ſtudium
multamqꝫ opam. in res obſcuras difficiles ⁊ nō nccārias cōferamus.

¶ Da gratificantibus donationibus

dare vel cōcedere ſine damno indigenti
Quod preſtare potes gratis concede roganti

et non malis id eſt vbi ⁊ quando.

Nã recte feciſſe bonis in parte lucroſum eſt

¶ Si bñficẽtie munus gratuitũ. aut aliud q̃dlibet liberalitatis offi ciũ offerre poteris. gratũ ⁊ exorabilem te exhibere definias ſupplicãti Si tamẽ merita ſupplicãtis hoc exigãt Juſtis q̃dem petitõib9 gratuꝫ prebuiſſe fauorẽ. a rcẽ ſapientib9 credit ꝟtuoſum. Nã recte feciſſe bo nis in parte lucroſum eſt ¶ Unde nouus Cato

Quod vis preſtare gratis nolito rogari

Nam bona facta dariq꜡ donis putat eſſe lucrari

De dubietatis inquiſitione

dubiũ eſt an vtile vel inutile inquire

Quod tibi ſuſpectũ cõfeſtim diſcute quid ſit

indiſcuſſa

Nãq꜡ ſolent primo que ſunt neglecta nocere

¶ Si in quibuſlibet deliberãdis actib9. agẽdis negocijs ſeu etiã p̃ca/ uẽdis rõis ſuſpẽdẽs iudiciũ tibi ſcrupulũ dubietatis immerſerit. quã totius ſine diſſimulatõis cõtinẽtia deducas ad ſcrutiniũ ꝟitatis. Ex perientia quidem docẽte cognouimus ꝙ ſicut interſticiũ nubiloſi ae/ ris futurarũ imbrium predicat vbertatẽ. ſic inepte perplexitatis diſſi mulatio ruinoſa. in voraginem deſperatõis inducens. ⁊ cautelã exclu dens remedij. ſolet efficatius mentis cõſtantiam deterrere. Nãq꜡ ſo/ lent p̃mo que ſunt neglecta nocere ¶ Unde nouus Cato

Queſtio debetur cum res ſuſpecta videtur

Namq꜡ ſcio vere ſolent indiſcuſſa nocere.

De veneris ⁊ gula declinatione.

libidinis deteſtanda delectatio.

Cũ te detineat veneris damnoſa voluptas

operã dare gula

Indulgere gule noli que ventris amica eſt

Si abiectis tꝑantie frenis. veneree voluptatis obſequijs ſtipẽdiarie militans diligenter aſſiſtas. nõ ſolum impudenter. ſed etiam impru/ denter nec a tante feditatis ceno mentis aciem ſollerter aduertas. hãc modice opitulationis ſuſcipias creatutam: vt baccho ⁊ ferculis. tan/ to moderationis federe cõiungaris: vt nullus in alterutrum p̃ſumat ciuilis belli rabiem inflãmare. Si em̃ inſatiabili veneris abyſſo. non ad licitum ſed ad libitum precipitanter indulſeris. prepoſterata ciui litatis politia. ſenſualitatis temeritas domicilium rationis obruet. q̃ cenſetur virtutis aduerſaria ⁊ humaui federis inimica Indulgere gu/

le noli que ventris amica eſt ¶ Unde nouus Cato.
Quem nimium tangit venus quem fortiter angit
Non tradat ventri que vult gula cuncta volenti

Deus hominem mirifice inſigniuit

in aīo tuo in quibus eſt robur ꝛ inſidie feritas

Cum tibi preponas animalia cuncta timere

propter ingenium ꝛ prudentiam.

Unū hoīem tibi precipio plus eſſe timendum

¶ Nature create ſapientiſſimus architectus. ꝛ ſi ꝟtuales opātionum ſpēs multiplici varietate diſcretas reb9 creatis indidit. duz tauros armauit robore. elephantes magnitudine velocitate tigrides ꝛ diſcolori varietate pauones. Homini tamē amplioris largitatis beneficio gratanter arriſit qꝛ ſi nō corpis mole aut viriū robore ꝑmatum gerit in oībus arte tamē ꝛ ſapiētia ſingulis generū. ꝛ generib9 ſingulorum vehemēter ꝑſidet. queꝗ oīa viuētia merito ſibi cōſtituūt formidādū
Unū hoīem tibi ꝑcipio plus eſſe timendū ¶ Uñ nouus Cato.
Maximus eſt error cui ſunt animalia terror
Si tibi maioris non eſt homo cauſa timoris.

Vires ad opus porrige

vt ſis robuſtus id eſt robores.

Dum tibi ꝓualide fuerint in corpore vires

.i. cū illo labore ſis ſapiēs fortitudo eſt ꝟtus regulata ꝓ prudenter

Fac ſapias animo poteris ſic fortis haberi

¶ Cū viriū preſtātia te gratū nature munus dotauerit vt emineat euidentius largitas donatoris. hāc interdū expedit ad publice cognitionis monumēta deducere. ꝛ cōceſſaꝝ viriū magnitudine expientiis validis exerceri. Fac ſapias aīo poteris ſic fortis haberi. ¶ Uñ ſalomō
Melior eſt vir ſapiens viro forti.

Amicorū adiutoriū requiras

id eſt amicis tuis aliqua triſticia vel aduerſitate

Auxilium a notis petito ſi forte laboras

remediator et conſolator.

Nec quiſquā melior medicus ꝗ̄ fidus amicus

¶ Si extreme pauꝑtatis circūceptus exterminio. aut dire ꝑſecutōnis gladio ꝑturberis. fideliū amicoꝝ ſuffragia intrepida voluntate requiras. de amicicie certitudine recepturus expientiam. ꝛ a deſolatōis inedia reuelatōis patrocinīū habiturus. nullus enī archigenes medēdis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

corpib⁹ ſit pſtantioꝛ. ꝙ tibi eſt omni genere obſequioꝛū. is qui legal opulat amicicia niſi fictus fuerit ⁊ ſimulatoꝛius ſiue obliquus. Nec quiſquā melioꝛ medicus ꝙ fidus amicus ¶ Unde nouus Kato
Notos imploꝛes fili patiendo laboꝛans
Hoc ideo medicus dico quis maioꝛ amicus

¶ Alterius moꝛtem nequaꝙ̄ cupias
tu peccans deum offendens vt aries mutus.
Cum ſis ipſe nocens moꝛitur cur victima pro te
tuam
Stultum eſt in moꝛtē alterius ſperare ſalutem.
¶ Si noſtre fragilitatis delinquentias. ⁊ noſtre trāſgreſſionis crimi-na perpendamus ſeueritatis gladium quo alienum deſideramus ex-cidium faciliter ſuſpendemus. Non em̄ vacat a ſtoliditatis ſcrupulo necꝙ̄ crudelitas que aliene moꝛtis cupit perniciem: vt augmentū gra-tie perficiat et virtutem. Stultum eſt in moꝛtem alterius ſperare ſa-lutem ¶ Unde nouus Kato.
Quem moꝛs damnabit qualiter hunc dona beabunt
Qualiter ergo malis ſuccurrat moꝛs animalis

¶ De fideli ſocietate
fidelem
Cum tibi vel ſocium vel fidum queris amicum
rerum affluentia honeſta
Non tibi foꝛtuna eſt hominis ſed vita petenda
¶ Si ſodalicij iuris amica contubernia. aut amicicie tenacis federa cū quolibet hoīm volueris copulare nō in parētele purpura. aut foꝛ-tuna proſpioꝛis copia ſed in moꝝ ſublimi affluentia. gades tue cōſe-derationis ſtabilies vſꝙ̄quaꝙ̄. Nō em̄ foꝛtune donarijs ſtabiliter a-micicia perſeuerans. ſed ſapiētia ⁊ v̄tutib⁹. quarū adeptio naturali-bus ſupeminet. ⁊ multomagis foꝛtune fallacijs preferenda. Non ti-bi foꝛtuna eſt hominis ſed vita petenda ¶ Vn̄ nouus Kato.
Si quis amicari vult ⁊ mihi ſe ſociari
Non foꝛtunatum temptet ſed moꝛe beatum

¶ Poſſeſſiones ad vſum deducas
bonis acquiſitis quod eſt odioſum
Utere queſitis opibus fuge nomen auari
quo ad poſſeſſionem quo ad vſum bonoꝛum
Quod tibi diuitie proſunt ſi pauper abundas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

¶ Si fortune profuſioris bñficio potitus fueris largiflue diſpēſationis officia nō recuſes, ne ſepultis opibꝫ deteſtabile cupiditatis nomē ſubeas ⁊ turpis ignominie detrimentū. Quid em̄ ꝑficit ꝓmptuaria liquoris penetralia nomiſmatibꝫ ⁊ horres cōpleri leguminibꝫ, dū horꝝ poſſeſſor terra cecitatis obfuſcatus caligine, ⁊ auaricie vinculis irretitus inter copias eſurit, ⁊ ſitibūdus moritur inter vndas. Quid tibi diuitie proſunt ſi pauper abundas ¶ Unde nouus Cato

Fungere tu lucro precendo nomen auari
Nec tibi ſit charus cenſus quem ſeruat auarus.

De phama acquirenda

bonum nomen donec vixeris
Si phamam ſeruare cupis dū viuis honeſtam
ex toto corde imphames voluptates
Fac fugias animo que ſunt mala gaudia vite

¶ Phame decus magnificum, humane dignitati venerationis offerens condimentum: nullis ſtudiorum exercitijs efficatius acquiritur ac gumphis ſolidioribus retinetur q̄ꝫ ſpretis cenoſe voluptatis illecebris, aut contagioſe ſtoliditatis vitijs rationis aurigatus curriculo: omnem impetum proprie voluntatis abhorreas ⁊ honeſta conuerſationis ſtudia conſecteris, ne forſan ſiniſtris cancellatus rumoribus, dum alta phame faſtigia conaris aſcendere, in imphamie foueam ꝑcipitatus incidas ⁊ inuite. Fac fugias animo que ſunt mala gaudia vite. ¶ Unde nouus Cato

Omnia ſi perdas phamam ſeruare memento
Qua ſemel amiſſa nunq̄ꝫ reuocatur in vna

De honore ſenectutis

id eſt qn̄ tu ſis ſapiens id eſt ſenem deficientem
Cum ſapias animo noli irridere ſenectam
modicus puerilis
Nam quocunq̄ꝫ ſene ſenſus puerilis in illo eſt

¶ Niſi ab orbita cōpoſite morigerationis aberres, annis ſenilibus ſemꝑ exiſtimes deferendum, ⁊ abiecto deriſionis iaculo propenſioris reuerētie obſequijs reuereris vt ꝓprij caſus tui futuri nō immemor iugo videlicet ſenectutis prebiturus caniciem, vel iuuentutis diſpendio moriturus nec damnoſa pigricies frequēter rōnis viduata moderamine, ad idiotiam puerilitatis accedat, ⁊ tūc etiā cōmunia iocoſitatis ſolatia deteſtatur ⁊ horret animo non tranquillo. Nam quocunq̄ꝫ ſene ſenſus puerilis in illo ¶ Unde nouus Cato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Optatum ſenium dum venerit eſt male dictum
Cū quocꝫ ſenes faciunt puerilia tunc quocꝫ ſiunt
In factis pueri ſtulticꝫ tenentur haberi

De vtilitate artis ⁊ ſcientie

artem liberalem vel lucratiuam
Diſce aliquid nā cum ſubito fortuna recedit
cuius fortuna non eſt domina
Ars remanet vitamcꝫ hoīs nō deſerit vnꝗ̄

¶ Humane ꝑfectionis imaginaria ꝑfectio. non corporei decoris ter minatur effigie. nō honoris immēſitate fulcitur nō diuitiaꝝ pondere ſtabilitur Sed ſtudioſi laboris retēta ſollertia in hāc a rtē ſapiētie ꝓmouens ad terminos ſue cōcupiſcētie virtualis inducit Hāc ergo cō tinue exercitatōis periciā prouida ſedulitate ſeq̄ris vt ſapiētie matris thalamos exercitationis laurea coronatus introeas deſerēs beſtialez ignorantie ſemitam ſordidam ⁊ iniquā. Ars remanet vitamcꝫ homi nis non deſerit vnꝗ̄ ¶ Unde nouus Cato
Artem ſecteris q̄uis opulentus haberis
Ars manet ⁊ durat fortuna recedere curat

Audi vide tace

audi vide tace ſi tu vis viuere pace
Proſpicito cūcta tacitus que quiſcꝫ loquatur
qm̄ ex abundātia cordis os loquitur manifeſtat
Sermo hoīm mores celat ⁊ indicat idem

¶ Circumſpectōis moderate tempies. ex minimis magna. ⁊ ꝑtibus tota ⁊ ex indiuiduis genera cōprehēdit. Dum ergo inter quoſlibet fi liorū adamꝫte adeſſe cōtigerit. quorū ſermonū ineptias accepta patiē tie cautela moderāter attende. alieni ſermonis immoderantiā prudē ti diſſimulatione p̄tereas ne quandocꝫ: vt ait Salomon. iuxta ſtulti ciam tuā reſpōdens fatuo. ſimilis videaris eidem. Sermo hominuꝫ mores celat ⁊ indicat idem ¶ Unde nouus Cato
Alterius verba tacito moderamine ſerua
Verba que celant mores eademcꝫ reuelant

De exercitiorū habituatione

illā recolēdo ⁊ ad alias tendendo id eſt bene doctus fueris
Exerce ſtudium q̄uis preceperis artem
id eſt fac diligētiā ad artes liberales ad artes manuales
Sic cura ingeniū ſic ⁊ manus adiuuat vſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

¶ Si ſubtilioris vene fueris ingenio ſublimatus. et multis ſtudiorū
exercicijs apitatus Si demum celuz vertice pulſans genoſophiſtarū
numero fueris aggregatus. non ob hoc q̄uis ex preſumptōnis auda
cia te perfectum exiſtimes aut nullius exercitationis ſtudio indigētez
vtriuſq; ne hominis precipitanter in lapſum corruat quod multis la
boribus ante fuit acquiſitum. Sicut em̄ manuale artificium realis
operationis frequentatione perficitur. Sic ſapientialis diſciplina lu
cerna crebre meditationis lucubratione fulcitur. et per negligentie pi/
gritantis ignauia inſpirate corruit in deluſum. Sic cura ingeniuz ſic
et manus adiuuat vſum ¶ Unde nouus Cato
Senſus curando creſcat vſus operando
Sedulus artificem iuuat vſus cura legentem.
Et ſtudeas plus te q̄uis ſis fructus in arte.

¶ In vite delicijs nil confidas

futur̄e mortis
Multum venturi nec cures tempora facti
tpalem mundanam
Non metuit mortē qui ſcit cōtemnere vitam

¶ Si fortitudinis armatura munitus. et cōſtantie baſib; fueris ſtabi
litus a fatalis vite timore meticuloſe ſollicitudinis intuitū diligēter
aduertas Iſta quidem inceſſabilis excruciatio humane nature aduer
ſaria tanq; tinea ſanitatis hoſpitem ſuum anxietatis poteſtas. ab ini
tio multiplici fatigatione corrodit. Ad ardua virtutum igitur ſi ſa/
pienter aſcenderis. inter vite delicias et hūane mortis anguſtias. nul
lam diuiſionis facies ſectionem. Si poſſidendo terrena iam celeſtis
animo mundane rei voluptatem legeris. et tandem debitum mortis
exoluens. eo libentius exeas quo de exilio in patriam reuerteris. mor
tem in hoc exhibens voluntariam non inuitam. Non metuit mortē
qui ſcit contemnere vitam ¶ Unde nouus Cato
Mors iuuenes rapit atq; ſenes nulli miſerendo
Mors equat legem rapiens cum paupere regem

¶ De ſcientie permutatione

ſapientibus id eſt tuipſe doctus
Diſce ſed a doctis indoctos ipſe doceto
cōmunicāda et nō occultāda bonarum artium
Propaganda etenim eſt rerū doctrina bonarum

¶ In quacumq; hominum verſeris frequentia. hanc eruditionis ſtu
dioſe regulam mente et opere proſequaris: vt ab his quos virtutum
nutrix. ſapientia abundantioribus ſui lactis potauit edulijs. inſatia/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

bi̇le deſideriū doctrine ſalutaris aſſumas. Ita tamen ꝙ quicquid in huius exercitationis ſcrutinio ſine fictione didiceris. cōmunicato la-bore transferre in ceteros nō poſtponas. Nihil em̄ ad ſalutem vtilius nec bonis moribus eque ꝑtinēter accōmoduꝫ. q̄ꝫ prudētie riuos aut ſapientie fluuios in ſubiecta plurima gratuita liberalitate transferre. hec eſt em̄ inſtitutio mentium optimarum. Propaganda etem̄ eſt rerum doctrina bonarum ¶ Unde dicit Perſius

Scire etem̄ nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter

Si ponatur tuum loco te ſeruit ad ꝓpoſitum noſtrum.

De temperantia circa potum

nō vltra appetitum corꝑe ⁊ mente

Hoc bibe quod poſſis. ſi tu vis viuere ſanus

ergo abſtinentia eſt ſumma medicina exceſſus vel ebrietas

Morbi nāqꝫ mali. cauſa eſt quecūqꝫ voluptas

¶ Sobrietatis menſura contentus gaſtrimargie nauſeam ⁊ ebrietatis procures diluuium amputare. Poſtq̄ꝫ em̄ tyrannico iure. aut verius iniuria hec peſtilentia corpus obſederit. omne virtutis collegiū abijcit ⁊ propellit. nec minus corporalis motus temperiem. ad varias egritudinum paſſiones inducit. felliti doloris aculeos ſub melle momentanee delectationis abſcondit. arridens vt derideat. congaudens vt decipiat. quaſi hamum cibo operit. ⁊ melle aconito eſcas cōtegit acutas. Morbi namqꝫ mali cauſa eſt quecunqꝫ voluptas

¶ Unde novus Cato

Sanus vt eſſe potes vinum raro quoqꝫ potes.

Dat penas multas nobis optata voluptas

De cautela contrarietatis

pro laudaueris publice ꝑ probaueris

Laudaris quicumqꝫ palam quodcūqꝫ probaris

laudatū caue vituperes

Hoc vide ne rurſus leuitatis crimine damnes

¶ Si moralis Senece documenta dulciſona vigili meditatione ꝑquiras. in laude vel vituperio humanarum perſonarum. vel actuuꝫ non excedes. vt ne quenq̄ꝫ exceſſiuis laudibus efferas. quod videtur adulationi proximum. nec exceſſiue redargutionis pungas aculeo. quod a detractione maliuola non creditur alienum. Si tamen quēpiam palam pluribus aliquotiens extuleris laudibus. ſeu etiam acerba momorderis inuectiua. in aſſertiones oppoſitas nunq̄ꝫ ſermonis habena viſus fueris intorquere. ſi duplicitatis vocabulum ⁊ honeſtatis titulos ſanos manu tenere volueris ⁊ indemnes. Hoc vide ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Ruꝛſus leuitatis crimine damnes

¶ Unde nouus Cato.

Si quis damnabit mihi quod pꝛius ante pꝛobauit
Talis laudatoꝛ leuitatis habetur amatoꝛ

Tēpoꝛe felici memēto futuri aduerſi ꝛ ecōtra.

pꝛoſpis ſup̄ tuis exiſtentib⁹ illa

Tranquillis rebus que ſunt aduerſa caueto

in aduerſitate pꝛoſpitatē econtrario

Rebus in aduerſis melius ſperare memento

¶ Si ſocratis catonis ac diogenis actus magnificos imiteris. inni- xus validioꝛis muro conſtantie. foꝛtune ſeuientis impetus non hoꝛ reſcas. ſed quaſi tetragon⁹ ſemper conſtitutus in ſolido. nulla altera- tionis ineptia aut ſuperuenientis aduerſitatis nubilo inexpugnabi le caſtrum foꝛtitudinis obꝛuetur. ſapiens equidem conſtitutus in ꝓ ſperis. nullo confidentie tumoꝛe ſuſtollitur dum lubꝛicum facilita- tis humane pꝛudenter aduertit. nec repentinis inſultibus aduerſita- tis frangitur. nec duce confidentia quibus extimat habiturum. ꝛ ſic a ſuo vallo conſtantie nullis deterretur euentibus. nulla tempeſta- tis iniuria necꝫ vento. Ruꝛſus in aduerſis melius ſperare memēto.

¶ Unde nouus Cato

Rebus tranquillis metuas aduerſa ſub illis
Ruꝛſus in aduerſis melius ſperare ſuperſis

¶ De ſapientie nobilitate

.i. ne vaces turpi ocio id eſt diligentia ꝛ ſtudia

Diſcere ne ceſſes cura ſapientia creſcit

qm̄ ars ſp̄ creſcit ꝛ vita decreſcit.

Raro datur longo pꝛudentia tempoꝛis vſu

¶ Semitam rationis ſi introgreſſus humane mentis ingenuitatem attenderis nullius obſequioꝛum functionibus nullius exacte diligē tie ſtipendijs poterit ad equalitatis debitum ipſius magnificentie re ſponderi. Ipſa quidem natione celeſtis. ꝛ eternis regis filia. terrenis non delectatur affectibus. ſed omnes ſcoꝛias humane feditatis ab- hoꝛrens. Iuxta Salomonis ſententiam ſue dignitatis ſolium in al- tiſſimis ſtabiliuit: vt igitur eidem debito familiaritatis obſequio ſub ſeruias. tu e conſiderationis oculos dirigas in ſublime. nunc ſcientie vernantis floꝛem conqueras. nunc ſapientie choꝛuſcantis theoꝛeu- mata: vt p̄cipua actualis exercitationis opa habeas. ꝛ ſi longo opoſe ſollicitudinis ſtudio iſta peregeris. non ilico faſtidiat ſtudium. aut tē peſtiue deſinat ab inceptis. donec in p̄miſſis nihil agendum reperiat

Nam ſapientie puteus ad tantam menſuram profunditatis attin/
gat ꝙ eius infima poſſe contingere de mendacio conuincitur ⁊ deluſu
Raro datur longo prudentia temporis vſu
Unde nouus Cato
Diſcas que neſcis curando ſcientia creſcit
Senſus ⁊ augetur ſi longior vſus habetur

Lauda parce vitupera parcius

nō nimium amicum tuum ſup illū laudaueris

Parce laudato nā quem tu ſepe probaris

tue aduerſitatis qꝛ in neceſſitatis articulo probatur dilectio

Una dies qualis fuerit monſtrabit amicus

¶ Dum feſſus amicicie cum quolibet hominum te adeptum puta/
ueris nullius in eum fermentate dilectionis incommoda ſuſpicatus.
moderatus tamen laudum preconijs. ⁊ temperata confidentie ſtate/
ra eius laudes conferas. Non enim ſeductoria plauſibilitatis allo
quutio. non promiſſorie voluntatis impetus amicicias faciunt eſſe
ratas. Parce quidem euenit vt quem commendatori lingua protu
leris ⁊ cui anchoram confidentie confixeris pleniorem dum fortune
neceſſitatis caſus emerſerit peregrinus tibi fiat commutatis affecti/
bus ⁊ obliquus. Una dies qualis fuerit monſtrabit amicus.
Unde nouus Cato
Nate caue dici nimium laudantur amici
Tempus monſtrabit te quantum ⁊ amicus amabit

Neminem a quolibet diſcere pudeat

ne verecundaris illa

Ne pudeat que neſcieris te velle doceri

ſcientia eſt de numero bonorum honorabilium id eſt velle in tene/
bris ignorantie errare pudor eſt

Scire aliquid laus eſt. pudor eſt nil diſcere velle

¶ Si caliginoſis ignorantie tenebris obuolutus ſcientie radian/
tis lumine te viduatum doleas. nullius pudoris rubore. aut confuſi
onis ignominees terrearis quin doctores conſulueris. cum ſumma ſe
dulitatis indagine ⁊ hiantibus intellectus auribus. inſtructoris ſapi
entis doctrinam ſuſcipias ſalutarem. Quis enim vberius ſtolidita/
tis pretendit infamiam quis ampliorem portionem miſerie alienis
premittit obtutibus q̄ꝫ ſi cecus ⁊ ceſpitans ſui itineris ducatum obij/
ciat. copias ingrata frōte repudiet. aut inſcitie miſeria catenatus libe
ratorē reſpuēs. ꝑtinaci animo malit ꝑpetuis ſue cecitatis carceribꝰ de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

tineri. Scire aliquid laus eſt. pudor eſt nil diſcere velle

¶ Unde nouus Cato

Ne pudeat queri qui neſciat arte doceri
Qui ſcit laudatur qu i neſcit vituperatur

Fecundi calices quē nō fecere diſertum

id eſt in actu venereo ⁊ in potando vino eſt voluptas. ſed illam ſequū tur lites. nam multi propter luxuriam ⁊ ebrietatem perierunt.

Cū venere ⁊ baccho lis eſt coniuncta voluptas

id eſt que delectabilia ⁊ laudabilia ſunt animo accepta. id eſt voluptates corporis.

Qd̄ lautum eſt aīo complectere ſed fuge lites

¶ Nullum humane rationis vinculum reperitur euidentius aut potentius experitur. q̄ȝ fecundis calicibus. ⁊ lenocinantis veneris ſtipē diis militare. Nox eſtuante flamma libidinis omne virtutis ſeminarium diſſipatur. Hinc bellorum ſtrages prodeunt. hinc iurgiorȝ obprobria. hinc confuſio ⁊ ignominia nutritiua feditatis. Hec igitur animo victore conculcans. mediocri parcitate contentus. cypridis diſcipula ⁊ bacchi nauſcantem crapulam. quam nunquaȝ comitatur felicitas effugies ⁊ euites. Quod lautum eſt animo complectere ſed fuge lites

¶ Unde nouus Cato

Bacchus frigeſcit venus ſed ipſa caleſcat
Litigium vita cum res ſit honeſta petita

¶ De ſimulatoribus fugiendis

nimium humiles ... declinare ⁊ fugere
Dimiſſo ⁊ aīo tatitoſq; vitare memento
loco ... tranquillum ſine impetu ... id eſt profundior
Quo flumē eſt placidū forſan latet altior vnda

¶ Iuxta cuiuſdam ſapientis ſententiam homo inter cuncta animentia eſt voluptate varius. ⁊ affectione diuerſus. Scripture enim teſtimonio inſcrutabile eſt cor hominis quis cognoſcet illud. Non igitur ex ſignis exterioribus. que frequenter mendacium commentātur. interioris hominis ſecretiora latibula perpenduntur. Per facile enim eſt inter homines reperire. qui muliebri more bleſis ⁊ fractis ſermonibus verba depromunt: ſuſpirantes frequentius ⁊ ſophiſtice laudis oleum propinantes. vultu applaudentes virgineo. ſed dum nocendi tempus aduenerit mordacem ſcorpionis aculeum reſerantes. Et hi quidem tanto ſunt cauendi diligentius ⁊ tota mentis induſtria pro/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

uidendi.quanto laqueos factionis deceptorie ſub dulciloquio cun/
ctis fortius contingunt conſcientia fetida ⁊ immunda. Quod flumē
eſt placidum forſan latet altior vnda.

Unde nouus Cato

Fac vt deuites ſub falſo pectore mites
Nec credas vndam placidam non eſſe profundam

Aliorum diffortuniis te pacifica

ſcz mala vel aduerſitas

Cum tibi diſpliceat rerum fortuna tuarum

homis cōſidera hoīe infortunio ignobilior

Alterius ſpecta quo ſis diſcrimine peior

¶ Cum ſolita fortune rabies.ac toruis conſpectans oculis in perſo/
na ſeu peculio inſperatum deferat nocumentū.non ob hoc illius mē
tis conſtantia in abyſſum deſolationis incidat.ſed fortune melioris
gratulatione retenta. vberioris euentus preſagiat incrementum .Et
vt proprie incommoditatis diſpendia.moderantius ſuſtineat alie/
ni caſus miſerabilitate penſata ſue cognitionis oculis diligenter obij
ciat peſtiferos proximorum caſualitatis euentus. ⁊ tūc ex alienis pe
riculis effectus cautior.propria paruipendat diſcrimina.cum in for/
tuite conflictationis acie.magnus proximorum numerus .equalis
tibi fuerit ſiue maior. Alterius ſpecta quo ſis diſcrimine peior

Unde nouus Cato

Non contriſtaris ſi rerum damna ſequaris
Qui omnia peius habent videas te iure ſequuntur.

Tutiora ſemper eligito

id ē opus aggredere.p viribꝫ tuis.id eſt nauigare circa littus

Quod potes id tēpta nā littus carpere remis

ſecurius id ē nauis extēdere pfundum

Tutius eſt multū.q̄z velum tendere in altum.

¶ Hec duo eandem habent ſententiam.cum illis ſupra poſitis. Qđ
potes id tēpta operis ne pondere preſſus.ſuccumbat labor.⁊c̄ Niſi
q id hoc in loco Cato noſter per metaphoram de naue orobat. Na/
uis em̄ ab inexperto ſecurius circa littus remis ducitur q̄z velo ven/
tis data.in alto mari periclitetur. Nemo igitur materias agendas
ſupra vires aſſumat quas ſua prohibente ignorantia debito fine ter
minare non poſſet Hoc idem preclare dicit Horatius. Sumite ma
teriam veſtris qui ſcribitis equam. Uiribus.⁊ verſate diu quid ferre
recuſent. Quid valeant humeri. ⁊c̄.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

¶ Unde nouus Cato
Illud tentabis quod tu te poſſe putabis
Tutius eſt poꝛam ſuper equoꝛis addere terram.

¶ Contra virtuoſos non inſultes

probum ⁊ honeſtum litigare malicioſe
Contra hoīem iuſtum noli contendere praue
qꝛ iniurias iniuſte illatas vindicat
Semꝑ em̄ deus iniuſtas vlciſcitur iras

¶ Cum in rebus creatis multiplicibus reſultet veſtigium creatoꝛis.
Iuxta apoſtolum. Inuiſibilia dei a creaturarum ſpecie cognoſcantur
In nullo tamen euidentius agnoſcitur. clarius attenditur. aut mani
feſtius ſpeculatur. bonitas creatoꝛis q̄ȝ in viro polymito iuſticia. ⁊ v/
tutum ſchematibus adoꝛnato. Huius contuberniū vir ſapiens om/
nibus pꝛeponet diuitijs. gratiſſime familiaritatis obſequio commu
nicato. Contra hunc effrenate lingue pꝛocacitas. iurgioꝛum venena
non euomat. cachinnos irriſionis non inferat contumeliarum. nō ex
cutiat tempeſtates. Talium enim qui conuerſatione diuini ſunt ⁊ vi
te claritate celeſtes tanq̄ȝ iniurias pꝛopꝛias omnipotens diſtricta ſe
ueritate. coercet inferens penas multiplices atq̄ȝ miras. Nam deus
iniuſtas ſemper vlciſcitur iras. ¶ Unde nouus Cato.
Multum deliras ſi iuſto poꝛrigis iras
Iram non iuſtam dominus non mittit inultam.

¶ De longanimitate in aduerſis.

id eſt damnum ex periculo maris qn̄ dona pꝛoijciunt in mari
Eſt iactura grauis que ſunt amittere damnis
ſcȝ perdere ſua pꝛo amico vel pꝛo republica vel ꝑ ſaluatōe vite
Sunt quedam q̄ ferre decet patienter amicum.

¶ Licet multiplici incōmoditatis diſcrimini. humana pꝛopago ſub
iaceat. ⁊ ſcd̄m vtrumq̄ȝ hominem frequentius ac multipliciter affli/
gatur. ſpeciali tamen pꝛerogatiua moleſtie conturbatur acerbius ⁊ ve
hementius anxiatur. dum amici fidelis experitur apocapam Cuius
damni perniciem. nullo poteſt iterationis beneficio reparare In qua
tamen diſſolutionis moleſtia ſic longanimitate fungendum eſt. ſic a/
nimis virilibus inſiſtendum. vt longeua doloꝛis amaritudo nō moꝛ
deat ſuperhis. que incidit naturalis conditio ⁊ diuine legis ſeries cē/
ſuit adimpleri quod quidem non immerito cenſeretur temerarium ⁊
iniquum. Sunt quedam que ferre licet patienter amicum
¶ Unde nouus Cato
Non eſt cauſa leuis damnoſe amittere queuis

Quedam putabis patienter quiſquis amabis

¶ De pluritate vite tue nō cōfidas

multos annos ſpondere

Tempora longa tue noli promittere vite

ad quemcumqꝫ locum vadis

Quocūqꝫ egrederis ſeqtur mors corpis vnqꝫ

¶ Mortalium cunctis nota conditio. ignara perſeuerantie. ⁊ impermanentie lubrico conſtituta. longe a ſapientie foribus exulat. ⁊ in ſtoliditatis ſuburbio collocatur. ſi longeuitatis inducias ſibi ad proprie voluntatis obſequia commentetur acceptas. ⁊ hac fretus fiducia virtuoſa negligens. ac vitioſis inherens. per agrum inſolentie iuuenilis excurrat. Docet quidem natura et inſtruit experientia ꝙ dum plures future proſperitatis annos. falſifraga calculatione nobis promittimus. conceſſos dies ad penitentiam in paſſionum deſiderijs peragentes / exemplo tanquā nocturnus fur ſui corporis domum perfodiens ſuperuenit interitus. diuine exacerbationis iudicium concomitans aſperum ⁊ inuite. Tempora longa tue noli promittere vite

¶ Unde nouus Cato.

Non tibi confidas vt longo tempore viuas
Nam quicumqꝫ ſapit mors poſt veſtigia vadit

¶ Unde quidam

Preterit iſte dies neſcitur origo ſecundi
An labor an requies ſic tranſit gloria mundi

¶ De cultu diuino

deuotis opibus id eſt recōcilia te deo permitte

Thure deū placa vitulū ſine creſcat aratro

id eſt deus non placatur per immolationem animalium occiſorum.

Non credas placare deum dū cede litatur

¶ Latrialis reuerentie diuine maieſtati prebiturus honorem. non in victimarum hoſtijs aut vitulorum ſanguine vel hyrcorum. omnipotentis iniuriam pacificatā exiſtimes. quam reuerentialis humilitas et contriti cordis oblatio. orationis legatione premiſſa ſufficienter emollit Nam et ſi lege moſayca ſacrificiorum libamina. ⁊ varie exterioris ſatiſfactionis myſteria. viſa fuerint imperari. in figura tamen contingebant illis. ⁊ myſtice interpretationis preſtolabantur auxilium. que omnia lex gratie plenius exhibet et effatur. Non credas placare deum dum cede litatur.

¶ Unde nouus Cato

Uictima ſeruetur domino thus ſacrificetur
Nunq̄ placatur dominus nec cede litatur

¶ De longanimitate in fortunijs

ꝑ tp̄e ⁊ loco tu hoī fortunato homini
Cede loco leſus fortune cede potenti
inferre damnum inferre commodum
Ledere qui potuit aliquā̄do prodeſſe valebit

¶ Si multimode perturbationis furijs agitatus ⁊ ſiniſtram fortu/ne ſeuioris expertus. non ob hoc impatiente gladium infortune contumeliam violenter inflectas. quam nullus mortalium niſi longani/mitatis ac patientie conſtantia potuit moderare. Sed duȝ ſeuientis iracundie vehemens impetus in ceci numinis maieſtateȝ impulerit tantis colliſus duricijs proprie artis deliramenta conſequitur ſue ſto liditatis gladio repercuſſus. Speret ergo qui metuit. confidat qui le ditur. qui opprimitur non deſperet. quia quibus fortuna auſterioris euentus preſentauit inicia. mutabilitatis non immemor ex inſpera/to fines proſperos exhibebit. Ledere qui potuit aliquando prodeſſe valebit.

¶ Unde nouus Cato

Non vlciſceris tu quamuis leſus haberis
Qui ledit temere poterit quandoq̄ valere

¶ Teipſum corrige de peccatis

deliqueris pro tali peccaco poſtea
Cum quid peccaris teipſum caſtiga ſubinde
pro dolores ⁊ penas pena infirmitatis tue
Uulnera dum ſanas dolor eſt medicina doloris

¶ Si fragilitatis humane propellente laſciuia. in foueam cuiuſlibet vitiorum incideris. non more aſpidis ſurde pollicem medicantis ab ijcias. aut diutina obſtinatione iaceas. in tuo ſterquilinio feditatis. immo magis mentales oculos ad lumen ſuperne cognitionis erigēs et in teipſum vltor iuſtiſſimus congruo ſeueritatis medicamine mederi noueris. tui veritus leſionem ſicut enim aſperum plano retunditur. ⁊ contraria propelluntur contrarijs. ſic proprie delectationis macula ſatiſfactionis acerbitate compeſcimur. ⁊ pena laboris. Uulnera dum ſanas dolor eſt medicina doloris

¶ Un̄ nouus Cato.

Ut corpus redimas ferrum patiaris ⁊ ignem

¶ Unde etiam Eſopus

Ferre minora volo ne grauiora feram.

¶ De antique amicicie conſeruatione

pro damnabis
Damneris nunq̃ poſt longum tempus amicũ
id eſt primas conſiderationes amoris
Mutantem mores ſed pignora prima memẽto.

¶ Quotiens in te amicicie federa. amico ſe habente deterius. erga te ſenſeris claudicare. moderata facilitate ſuſtineas nec in eum ſubite mutationis impulſu nouellas diſſenſionis querimonias. aut ſiniſtri rumoris molimina niſus fueris propellere. Que enim dementior opinio aut ſophiſticate rationis maior abuſus. q̃ alterius macula voluntarie inquinari. ⁊ fidem reuocare preſtitam. moderationis iudicio non retento. Mutantem mores ſed pignora prima memento

¶ Unde nouus Cato
Nihil turpius q̃ cum illo bellũ gerere. cum quo familiariter vixiſti.

De humilitate in officijs cuſtodienda

laudabilior ad quod aſſumptus es magis dilectus hominibus
Gratior officio quo ſis mage charior eſto
id eſt merearis habere nomen id eſt inutilis ad officium
Nec nomen ſubeas quod dicitur officiperdi

¶ Hanc prudentie regulam cordis auribus retinere contendas. nec ab ipſa quouis prepediente negocio ſtudeas reſilire: vt ſi ad queuis publica officiorum miniſteria deputatus fueris. ſuperbie tumeſcentis abiecto rigore. ⁊ indebite dominationis imperio relegato. ſic in ſemita moderationis incedas vt nullius ſtomachantis indignationis tue vitioſitatis merito. ad iniurias prouoceris. ne commiſſum tibi miniſterium violenter cogaris abijcere. in tui nominis iniuriam. nõ ſine imphamie nomine et moleſte. Gratior officio quo ſis mage charior eſto.

¶ Unde nouus Cato
Officij gratus fias vt ſis adamatus
Supra te dici ne queat officiperdi.

¶ De ſuſpitione precauenda

id eſt imphamie vel de alio ſuſpitionem habens
Suſpectus caueas ne ſis miſer omnibus horis.
actiue et paſſiue
Nam timidis ⁊ ſuſpectis aptiſſima mors eſt

Vir optimu s ſincere cõſcientie debriatus aſimo, non faciliter ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

ſuſpitionis incommoda, aut ſiniſtre opinionis interpretandas verſu
tias inclinatur. Nam perfecte conſcientie hec proprietas cenſetur ac/
cepta vt ſiquidem phanie ꝛ proprie veritatis teſtimonio. ſibimet iu/
dicium perhibet. ſic aliorum diiudicare reatus. ꝛ culpandis crimini
bus inſiſtere cenſet indignum. Hoc ſiquidem eſt veracis iudicij ſig/
num precipuum. ꝙ ſicut ponderatis proprie vitioſitatis demeritis
in iudicando ſubſiſtit. ſic non faciliter aliorum demerito que eſtima/
tionem ducetur. nec pro certis dubia recipit ꝛ admittit. naȝ hec imper
tinentis nature conditio ꝛ peſſima ſors eſt. Naȝ timidis ꝛ ſuſpectis
aptiſſima mors eſt. ¶ Unde nouus Cato.

Suſpectus ſemper non eſt miſer ille libenter
Nam mors nota quidem ſuſpicio conſtat eidem

¶ De miſeratõe circa ſeruos habenda

adl abores loco beſtiarum inutilitatem tuam
Dũ fueris ꝓprios ſeruos mercatus in vſum
non beſtias ſeruos tuos
Si famulos dicas hoies tamen eſſe memento

¶ Jure gentium quondam ſeruitus introducta. magnam diffidenti/
am moribus ꝛ diſcrepantiam in humanis actibus induxit. Cum ſiq
dem ab initio nata hominum conditio vniformis originis emanati
one prodiderit mirande nouitatis preſagio actum eſt. vt vnus liber/
tate polleat. alius vero iugo emptitio ſit addictus. Si contingat igi
tur huiuſmodi mancipiorum famulatu potiri ſue conditionis miſe/
riam benigno fauore proſequere. ꝛ debito ipſorum famulatus officio
contentus. nimie ſeueritatis aculeum non apponas. memoriter reti/
nens. ꝙ nos ꝛ ſinguli in mundane ciuitatis area. ſub eodem principe
vario agone contendimus. eiuſdem patriſfamilias ſerui ſumus. qui
ſingulas actuum ac cogitationum noſtrarum differentias de ſupnis
incipit retributurus penam. vel premium cum ſibi gratum fuerit in
momento. Si famulos dicas homines tamen eſſe memento
¶ Unde nouus Cato

Cum ſis mercatus famulos ſeruoſq lucratus
Sunt homines iſti precioſi quos habuiſti

Ad fortune dona cito manus extende
capienda eſt oportunitas incipiendi aliquod opus
Quã p̃mum capienda tibi eſt occaſio prima
occaſionem iteratã id eſt quã negligentiã ꝑdidiſti.
Ne rurſus queras ꝗ iam neglexeris ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

¶ Si humanorum euentuum ſedulus explorator. ſi fortune mutabilitatis fueris indagator. hanc conſultiſſime deliberationis regulaʒ non abijcias: vt quotiens te grate proſperitatis ſerenus fauor impegerit. elato animo non recuſes memor illius Horatij. Tu quamcunqꝫ deus tibi fortunauerit horam. Grata ſume manu. nec dulcia differ in annum. Qui enim proprie innixus prudentie preſentia negligens. a poſterioribus inchoans: inſtantis fortune ſtipendia ſeducto corde repudiat. iuſte talionis annis homo priuatur iſte. Ne rurſus queras que iam neglexeris ante

¶ Unde nouus Cato.

Quam cito res datur occaſio prima petatur
Neqꝫ recorderis que neglexiſſe videris

De diuina correctione malorum

ſubitanea qui videntur mali
Morte repentina noli gaudere malorum
.i. iuſti quãdoqꝫ ſubita morte
Felices obeunt quorũ ſine crimine vita eſt

¶ Diuine ſeueritatis iudiciuʒ. e centro diuinitatis prodiens. multifarie multiſqꝫ modis ſcd̃m culparum exigentiam corripit criminoſos, dum alios quidem pia miſeratione ſuſtinet. vt patientia diuine bonitatis allecti. reſipiſcant a criminibus tandem penitentie fructum adepturi. alios vero diſtricte ſeueritatis pungit aculeo dum aut repentini interitus animaduerſione percellit aut varijs tribulationum penurijs arceantur. diuine ſatiſfiat iuſticie ⁊ cunctis cernentibus tranſeat in exemplum. Et eorum nihilominus conſummatione terribili nullius iucunditatis meridies tuis applaudat affectibus. cum nonnunqꝫ iuſtis ac bene meritis conformis interitus prebeatur. ſed potius diuinorum iudiciorum profunditate perterritus. affectum fraterne compaſſionis exhibe. ⁊ ad miſerandi refugium te iudica Felices obeunt quorum ſine crimine vita eſt.

¶ Unde nouus Cato

Ad ſubitam mortem prauos veniſſe quid optem
Cecidit iniuſtus nec non ſine crimine iuſtus

De cõiuge nõ facile ſumas mali ſuſpicium

et non habes bona id eſt ꝙ ipſa ſit ſuſpecta
Cũ tibi ſit cõiunx. nec res nec phama laborat
vitare debes mali ſuſpicium de nomine vxoris tue
Vitandum ducas inimicum nomen amici

¶ Inter ea que in conuictu hominum deducuntur. nihil attentatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

facilius nihil frequentius cancellatur. ꝙ̄ iuuenis mulieris intuitus. que niſi artiſſima diſtrictōnis cautela. ⁊ verecunde circumſpectionis induſtria. modeſte prouideat ignominiam imphamie non euadet. Si ergo vxoris expertus amplexus. coniugem tuam taꝫ odioſis ſenſeris titulari rumoribus non ilico repentine crudelitatis ſpiritum ꝓ̄beas referenti quia vt in plurimum muliebris ſexus fragilitas. plus in hac parte laborat imphamia ꝙ̄ delicto. nec in quenꝗꝫ de amicorū numero funem dilectionis abrumpens crimen tam nefarie operationis imponas perpetue hoſtilitatis molimine concitato. non enim eſt credendum omni ſpiritui. Et ſatius eſt friuole eſtimationis iniurias abijcere. ꝙ̄ ab ipſarum credulitate deuinci. Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Unde nouus Cato

Cum labor incumbat qui rem phamamꝫ remittit
Junctus ad vxorem illius vitabis amorem

Quod a ſtudijs nō eſt deſiſtendum

per laborem ſcire ⁊ intelligere

Cum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa
adhuc vitabis plus
Fac diſcas multa vita nil diſcere velle

¶ Doctrine ſapientialis fores ingrediens. non facili perſcrutationis induſtria contenteris. nec te in cognitione veritatis. donec exiſtimes nihil tibi remaneat attingendum. Memineris namꝫ ꝙ tanta eſt ſcientie longitudo. latitudo. ſublimitas ⁊ profunditas. attingens a fine vſꝫ ad finem fortiter. ꝙ ſi quiſpiam mortalium ingenij viuacitate polleret. ſtudiorum exercitio luſtra peragens. non ſufficeret ad abyſſum adepte ſcientie penetrare. quinimmo cuꝫ conſummauerit homo tunc incipit. ⁊ qui molem gigantine quantitatis aſcendere gloriatur. in pigmee humilitatis atomum relegatur. ⁊ quanto plura officio continue ſedulitatis apprehenderit. eo noue inquiſitionis themata reperiet. que intellectualis eſuries nunꝗꝫ poterit cohibere. Fac diſcas multa vita nil diſcere velle.

Unde nouus Cato

Nemo ſit oblitus cum fuerit valde peritus
Quod plus addiſcat nec diſcere queſo fatiſcat

Huius operis laudabilis concluſio

planis ſermonibus

Miraris nudis verbis me ſcribere verſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

longa ſolent ſperni gaudent breuitate moderni ſup̄ me Xlve.

Hoc breuitas ſenſus fecit coniungere binos

¶ O tu quiſquis opu ſculi preſentis ſeriem decurſurus. auditor beniuolus aduenisti. non ieiuni ſermonis maciem ſed adipem ſententie fecundioris attendas. & ſcriptum recolas. ſimplicitatem fore filiam veritatis. Ob hoc em̄ nude locutionis paupertiem breuitati connexuit. vt a pluribus cognita amplioris fructificationis palmites procrearet. Non igitur in actorem liuoris tractus aculeo dente correctionis inſanias ſed potius beneficij non ingratus. ad exhibita donaria diſcretionis oculos adhibeas columbinos. Hoc breuitas ſenſus fecit coniungere binos.

Unde nouus Cato

Nunq̄ mireris ſi nudum carmen haberis
Mens paupertina coniunxit carmina bina

¶ Hic finem aſpice Catonis viri moraliſſimi et in via morum ſane grauiſſimi Cum commento fratris Roberti de Euromodio monachi Clareuallis. tam verborum ornatu limato. q̄ ſententiarum grauitate preclaro vt ex Jouis cerebro videatur emanatum.

¶ Impreſſum Dauentrie In domo angulari platee que dicitur die polſtrate. iuxta ſcholas. p̄ me Jacobum de Breda. Anno dn̄i. M. CCCC. xcix. xvi. menſis Decembris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 80